Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. mt. xvi. Petrus domino dixit. Tu es Christus filius dei vivi. et dominus petro respondit Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. q. d. do quia tu es fide tam solidus, ideo tu es petrus, et super hanc petram, id est super hanc fidem solidam quam confessus es, edificabo ecclesiam. Vel quasi dicat: quia tu me petram es confessus, ideo tu es petrus et sic habent petram, id est super me ipsum quem confessus es edificabo ecclesiam meam. Edificabo inquam per incarnationem, edificabo per passionem, edificabo per resurrectionem, edificabo per ascensionem. Trium horum virtute edificata est ecclesia. De primo ps. Edificavit sicut unicornis sanctificium suum, id est ecclesiam suam sanctificavit. Ps. Sanctificavit tabernaculum suum altissimus. Unicornis christum significat. Dicitur unicornis talis nature quod ad virginem currit libenter. Cornu suum fortissimum in sinu virginis mittit. Unde sic sequitur illud animal attrahitur, captum mitigatur. Sic etc. dei filius per virginem mariam. Bernardus. O maria mater misericordie que de celis ad terras dei filium traxisti et quasi quoddam frenum deitati imposuisti et fortem et severum quodammodo emollisti. Cornu huius unicornis est divina potestas vel severitas. Hoc cornu adhuc tenet maria ne feriat peccatores. Sed in iudicio de manu misericordie et de manu marie educet, qui uno eius impetu per unam sententiam tanta multitudo ad inferos detrudetur. Unde unicornis iste ihesus christus cornu quod nunc humiliat per misericordiam tunc exaltabit per iustitiam. Ps. Exaltabitur sicut unicornis cornu meum. Filius ergo dei sicut unicornis sanctificium suum edificavit, quia in hac ecclesiam suam per fidem fundavit, quod sicut unicornis per virginem in incarnatione raptus fuit. De secundo. iii. Reg. vi. Malleus et securis et omne ferramentum non sunt audita in domo domini cum edificaretur. Dicitur uideri quod per cuiusdam vermiculi sanguinem lapides faciliter scindebantur ad edificium templi. Sic in edificatione ecclesie nec malleus mundane potentie nec securis rationis sapientie nec ferrum humane violentie audiebatur. i. Cor. i. Non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes etc. Patet hoc in apostolo petro qui secundum seculum non potens, non sapiens nec nobilis videbatur, et tamen per ipsum et suos similes gloriosissimum ecclesie templum edificabatur. Sanguis vermiculi est sanguis christi. Qui in psalmo ait: Ego sum vermis et.

Huius vinculi sanguine edificatum est templum. edificata est utraque ecclesia. de latere xpi dormientis. sic eva de latere ade dormientis. Gen. ii. Edificavit dominus. etc. Gra miser peccator qui es lapide durior scandat te nunc sanguis xpi. et timido ne feriat te feriat te securis que in radice. Math. 3. Iam securis ad radicem arboris posita est. scindat te sanguis xpi in mundo. ne conterat malleus dyaboli in inferno. Prov. xix. Parata sunt derisoribus supplicia. et mallei percutientium stultorum corporibus. Scindaris ergo pectus in penitentia temporali quam totus conteraris in gehenna eternaliter. Aut continuo doloris cruciabitur penitentem vitam meam. aut eternum cruciatus verabitur puniendam animam meam.

De tertio. Io. ii. Ego dissolvam templum hoc manufactum et post triduum aliud non manufactum edificabo. Hoc iudei de templo materiali calumpniose xpo imposuerunt. quod templo corporis sui et de templo ecclesie intelligere debuerunt. Utrumque enim templum per xpi trinitatem edificatum est primum corporaliter in virtute resurgentis. secundum spiritualiter in fide resurgentis. Templum autem manufactum fuit ecclesia iudeorum. per manum enim significatur. Unde quia iudei moribus legis xpianam vitam integram iustificationem quesierunt. Ideo synagoga templum est manufactum. ecclesia vero non manufactum. idest ex operibus non iustificatur. Tit. 3. Non ex operibus iustitie que fecimus nos. etc. Primum enim templum dissolvitur in iudeorum abiectione. Secundo edificatur in gentium vocatione. Edificatur autem post triduum. idest per fidem xpi post triduum factam. Hoc quoque triduum post quam recitamur. septem panis septiformis gratie. De quo triduo dicitur. math. xv. Misereor super turbam. etc. Post hoc triduum invenimus xpm in templo ecclesie. vel in templo glorie. Luc. ii. Post triduum invenerunt illum in templo. Multum ergo edificatur ecclesia per trinitatem xpi. dum tanta bona per fidem xpi consequitur. Aug. Cruor xpi mortuis vitam peccatoribus medicina salus est gloria.

De quarto Ps. Lapidem quem reprobaverunt. etc. Hic lapis xpc est. qui ab edificantibus idest a synagoge doctoribus et mundi sapientibus reprobatus fuit. Sed non quia angulus est ubi duo parietes convenerunt. Duo autem ecclesie parietes sunt iudei et gentes in fide xpi convenientes. ex quibus quot sunt et fuerunt iusti et fideles tot sunt in parietibus istis lapides. i. pe. ii. Tamquam lapides vivi superedificati. et c.

Domus ecclesie triumphantis parietes sunt angeli et homines. In capite ergo anguli factus est xpc dominus in ascensione super omnes videlicet ppli sanctos. immo super omnes sanctos et angelos exaltatus est. Et sic per hunc lapidem in capite anguli posuit edificium ecclesie consumari. Aptate vos karissimi ad edificium istud tamquam lapides vivi quamdiu tempus est edificandi. Augustinus. Nunc tempus est ut edificetur syon. nunc veniant lapides in structuram nam perfecto edificio et dedicata domo quid extra sero quesiturus intrante fuisti pulsaturum foris remansurum. Notandum autem quod lapis iste in caput anguli factus valde capiti tuo est timendus. Caveas ergo tu quasi lutee olle de isto lapide. quia olla lutea si percutit. et c. mt. xxi. Qui ceciderit super lapidem istum confringetur. super quem autem ceciderit conteret eum. Tu super lapidem cadis per offensam. lapis autem super te cadit per vindictam.

Dissoluta sunt vincula brachiorum et manuum illius per manus potentis. iob. xlix. Quomodo manus potentis de iacob vincula manuum beati petri dissoluit legimus act. xii. Nota historiam. Notandum autem quod per vincula corporalia signantur vincula spiritualia anime peccatricis. Anima enim peccatrix tamquam captiva dyaboli constringitur. vinculo pedum. vinculo manuum. colli et lingue. Require in simone. Solutum est vinculum.

In medio ignis non sum estuatus. eccli. li. Quasi non beatus laurentius decio dixit. carbones tui non dolorem sed refrigerium michi prestant. quid aliud videtur dixisse quam hoc verbum. In medio ignis non sum estuatus. In igne fuit corpus eius. sed estuatus non fuit spiritus eius. Non fuit estuatus. Considerandum autem quod est quadruplex ignis. in quo estu malo. estu dyaboli non exuruntur iusti. Primus est ignis tribulationis purgationis. Secundus temptationis probationis. tertius dilectionis inflammationis. Quartus eruditionis illuminationis. Primus purgativus. Secundus probativus. tertius inflammativus. quartus illuminativus est.

De primo psalmus. Igne me examinasti et non est inventa in me iniquitas. O quam felix est sed qui cum beato Laurentio hec dicere possit. Felix in quo iniquitas vel vera iniquitas purgatur igne tribulationis. Libenter animi sui teneatur igne ut amittat rubiginem. Gregorius. Quicumque appetit plene vicia evincere studeat humiliter purgationis flagella tolerare, ut tanto post mundior ad iudicem veniat quanto nunc eius rubiginem ignis purgat tribulationis. Oportet utique animam purgari sicut per aquam. Numeri xxxi. Omne quod ~~post~~ potest transire per flammam igne purgabitur. Quicquid autem igne non poterit sustinere aqua sanctificationis expiabitur. Attendant hoc qui evadere volunt ignem purgatorii, quia oportet eos expiari aqua lacrimarum, immo et igne mundari tribulationis; sepe evadit hic per aquam lacrimose compunctionis. Sic satis patent exempla in scripturis. De secundo. Job xli. De ore eius lampades procedunt sicut tede ignis accense. Tede iste sunt suggestiones dyaboli temptationes. Hanc tedam incendiarius pessimus dyabolus in primis parentibus totum mundum concremavit. Vnde [illegible] omnes in cinerem redigerem. ys. 33. Erunt autem populi quasi de incendio cinis. Cuius teda ante hostium suspenditur timet incendium et vigilat sollicite. Sic [illegible] qui temptationem dyaboli senseris, vigila ne in domo propria incendario. Sic utique incendaris nunc in domo cordis per peccatum momentaneum, et postmodum in domo corporis per supplicium eternum. Ysidorus. Incensor dyabolus eos quos invenit incendit ad vicia, morientes subito pertrahit ad supplicia. De tercio. Levitici vi. Ignis in altari meo semper ardebit quem nutriet sacerdos subiciens ligna mane per singulos dies. Ignis in altari ardens est caritas in corde fidelis. Luce xxiiii. Nonne cor nostrum ardens erat et cetera. Iste ignis semper debet ardere, quia caritas semper debet perseverare. Proverbiorum xvii. Omni tempore diligit qui amicus est. Romanos viii. Certus sum quod neque mors neque vita neque angeli et cetera. Ligna que hunc ignem nutriunt ligna crucis sunt. Ligna quoque hunc ignem nutrientia sunt omnia dei beneficia et corporalia et spiritualia et cetera nalia. Ligna utique ad huiusmodi ignem sunt beneficia creatoris et redemptoris glorificatoris. quibus optime nutritur ignis dilectionis. Anselmus. Ecce domine quia fecisti me debeo meipsum amori tuo. quia tanta promittis debeo meipsum amori tuo totum. Ista ligna sacerdos noster Ihesus Christus ad nutriendum ignem caritatis per singulos dies subicit dominus cum cottidie nobis beneficia impendit. ut impensa et impendenda nobis ad memoriam reducit. Sed lignis istis videlicet de beneficiis et maxime temporalibus et naturalibus perversi ignem divini amoris non nutriunt sed potius iterum in lignis dominum crucifigunt. dum ipsi beneficiis suis deum offendunt et contra deum insaniunt. ¶ De quarto. Ignitum eloquium tuum vehementer. Jer. xxiii. Numquid non verba mea quasi ignis ardens et quasi malleus conterens petram. Miserabilis est duritia cordis perversi. quod nec igne solvi potest cum tamen lapis igne solvatur. Job. xxviii. lapis calore solutus in es vertitur. Item nec malleo verbi dei frangi potest ad penitentiam et ut malleus penitentie infernalium reservatur. Prov. xix. Parata sunt derisoribus supplicia et mallei percussores stultorum corporibus. Eia domine deus quam durum est quod nec igne mollitur. nec malleis potest domari. Bernardus. Cor durum est quod nec compunctione scinditur nec pietate mollitur. Secundum hunc quadruplicem ignem quatuor invenimus quosdam in igne non fuisse estuatos. scilicet quatuor animalia. Ezech. i. Item tres pueros. Dan. iii. Item helyam. iiii Reg. ii. Item apostolos. Act. ii. Nota ergo quod ignis in quo erant iiii animalia significat tribulationem sicut exponit Beatus Gregorius. Quicumque volunt in hoc igne non comburi debent animalia dei esse ut sit quasi leo in temptatione. homo in discretione. Vitulus in carnis mactatione. aquila in contemplatione. Quicumque talis fuerit illi dicitur. ys. xliii. Cum perambulaveris per ignem non combureris. Item ignis trium puerorum in camino significat temptationem. Unde ys. xlviii. Excoxi te sed non quasi argentum elegi te in camino paupertatis. i. penitentie vel religionis. Nota ignem Nabuchodonosor i. dyabolus

per ministros suos accendit eis qui
contempnunt statuam auream. id est
seculi vanitatem. vel avaritiam.
tales enim dyabolus impugnat
vehementius. Item ignis helye qui
in curru igneo non comburitur sed
in paradysum levatur significat
caritatem. cuius prima rota amor
dicitur scilicet dei. Amor tui. tercia amor
amici. quarta amor inimici. Ha-
rum si una defuerit in paradisum
non levaberis. Item ignis apostolorum
qui in linguis super singulos eo-
rum sedit significat ignitum eloquium
dei. qui enim in doctrinis ad deum
amandum et ad bene vivendum
provocant. ipsi qui linguis infla-
mant. Sed linguas igneas spiritus
maligni multi habent qui alios
ad deteriora provocant. Jac. iij.
lingua nostra ignis est ꝯu. univer-
sitas iniquitatis.

Nisi granum frumenti cadens in
terram etc. Jo. xij. Gra-
num frumenti nobilissimum est
Christus. hoc granum mortuum fuit
in passione. fructum attulit in
resurrectione. mortuum in malis fructum
affert in bonis. mortuum videtur.
fructum affert in christianis. An.
Ipse dominus ihesus christus granum morti-
ficandum et multiplicandum. morti-
ficandum in infidelitate iudeorum

multiplicandum in fide christianorum
Considerandum quod christus grano
sinapis. grano frumenti. grano botri
comparatur. Christus n. in actibus nostris
est quasi granum synapis dum
lacrimas provocat in contri-
tione peccatorum. granum frumenti
dum confortat in operatione man-
datorum. granum botri dum leti-
ficat in perceptione celestium gau-
diorum. Est ergo christus granum sina-
pis incipientibus. granum frumenti
proficientibus. granum botri perfectis
et consumatis. De po. luc.
xiij. Simile est regnum celorum grano
sinapis quod acceptum homo misit
in ortum suum et crevit. et factum
est in arborem magnam. et volu-
cres celi requieverunt in ramis eius.
Granum synapis attritum est acre
et lacrimari facit. sic et christus in contri-
tione. De sinapi isto gustaverat
maria magdalena et petrus cum amare
lacrimantes. ortus in quo deus pater
seminavit hoc granum est beata
virgo. ezech. xxxvi. Terra illa
facta est ut ortus voluptatis.
In hoc orto invenies pulchros
virtutum flores. Hoc granum
crevit in arborem magnam in
conversatione mundi dum inquam
fide omnium per mundum credentium.
Huius rami fuerunt opera et exempla

pulcher ramus est. quod ex virgine natus est pulcher. quod est pulcher. quod resurrexit et huiusmodi. Et hii rami in fide omnium per arborem credentium se extendunt in altum. Ecce quam magna arbor in latitudine per mundum in profunditate infernum. In altitudine sicut celum se extendit. Pulcri quoque rami sunt caritas Christi et hii volucres in hiis ramis quiescentes sunt anime que operibus et exemplis et amore inherentes. O quam dulces volucres in hiis ramis cantant dum anime credentium alacriter deum laudant. Col. 3. Commonentes vos metipsos in psalmis ympnis et canticis spiritualibus in gratia cantantes domino in cordibus vestris. Ambrosius. Quis sensum hominis non erubescat sine psalmorum celebritate diem claudere cum minutissime aves sollempni devocione et dulci carmine ortum diei prosequantur. O quam delectabiliter avicula Christi sanctus laurencius in ista arbore requievit dum in tantum nidum sibi et corpus suum cremari non curavit. Insuper gratias agendo dulciter cantavit. ¶ De secundo dicitur hic. Nisi granum frumenti etc. Hoc granum perficientes confortat in via ma-

datorum dea que restat eis ad celum. ps. Panis cor hominis confirmat. Granum frumenti bene comparatur Christo. Frumentum enim in messem ligatur, trituratur, molitur, coquitur, comeditur. Sic et Christus. Sic et Christus ligatus est. Iohannis x. Comprehenderunt Ihesum et ligaverunt eum etc. Aug. Ligatus est qui solvit compeditos. Item flagellis trituratum est. Joh. xix. Tunc apprehendit pilatus Ihesum et flagellavit. Eia christiane si hoc granum preciosissimum sic est flagellatum, quomodo tu sine flagellis in celeste intrabis horreum. Necesse enim est granum anime tue ut flagelletur tribulatione. Quod enim Aug. Quod lima ferro, quod fornax auro, quod flagellum grano, hoc tribulatio facit iusto. Item in mola crucis attritus est. Ys. liii. Attritus est propter scelera nostra. Item in clibanum ignis missus est. De hoc capitulum Leuit. ii. Quod panis de clibano offerri debuit absque fermento et conspersus oleo. panis Christum. clibanus infernum. fermentum culpam. oleum gratiam significat. Item comeditur cottidie sacramentaliter et spiritualiter. Ioh. vi. Accipite et comedite hoc est corpus

meū. Sȝ heu multa comedūt
ipm̄ panē ⁊ nō spualit̄ quem
sp̄c ⁊ uita nō concordat cū xp̄o
Aug⁹. Qui discordat a xp̄o
carnē manducat xp̄i. nec san
guinē bibit ⁊ si mente uel sa
cramentum ad iudicium sui cot
tidie accipiat. Panis iste xp̄c
est. nobis in pasca ita calidus
ministratur sicut illo die ue
nit de clibano. Unde sicut butyr
rum in pane calido ita cor
nrm̄ liquefieri debȝ in hoc sac
ramento. beatus laurentius pro
hoc pane calido se in craticula ca
lidum optulit dn̄o. De. iij.
ys. Si inveniat᷑ granū i bo
tro. ⁊ dicat᷑ ne dissipes illd
qm̄ benedictio est ⁊ c̄. Gra
nū nobilissimū botri fuit xp̄c i
sc̄oꝝ collegio. sȝ hoc granum
excussum ab alijs granis
p tempestate passionis qn̄
solum inuentum qn̄ discipli
relicto eo om̄s fugerunt.
De hoc grano dicit᷑ ne
dissipes illud in corde ꝑ p̄
uaricationem. Quia uere ꝙ
ꝙ benedictio est. In hoc enim
grano consistit om̄is benedictio
ep̄h. i. Qui benedixit nos i
om̄i benedictione spuali in cele
stibȝ in xp̄o. Hoc granum

inebriabit e dulce ing
at devote. Huius grani uinū
mirabiliter est letificatiuum.
Ps. ⁊ uinū letificat cor ho.
Uinū huius grani inebrians
etiam facit tam audacem ꝙ
nō timet penas ⁊ mortem. Un
de cuiusdam dicit᷑. ij. esd. iij. Ui
nū mentē conuertit in securitatē.
Hoc apparet in beato lau
rencio qui tm̄ de hoc grano
inebriatus fuit quod etiam
ignem nō timuit. B. Que
cunqȝ caritatis semel perfecte
inebriatus fuit ad omnē la
borem ⁊ dolorem hylarescit. do
let ⁊ nō sentit, laborat ⁊ nō
labescit. ardet ⁊ nō aduritur

Qui seminat
in benedictionibȝ ⁊ metȝ
ij. cor. ix. Hoc ubi conueni
enter legitur in ep̄la de beato
laur. ipse enim seminauit i
benedictionibȝ qui thesauros
ecclie dispsit dedit paupibȝ
flos etiam cū beato laurentio
semine in mundo unde fruc
tum uite eterne metam in celo
om̄ia enim bona opa sunt queda
eterne uite semina. Sȝ hec sic
in seminatione materiali fit ⁊
in spuali necē sunt quatuor q
ꝝ in simone exigit᷑ q seminat.

Soror es, crescas in mille milia. Gen. xxiiii. Verba illa que dixerunt Rebecce fratres eius possunt ~~dici~~ virgini Clare dicere fratres eius fratres minores. Rebecca interpretatur multum accepta et beata Clara multum in mundo et multum glorie accepit in celo. Dicamus ergo fratres: Soror nostra es, crescas etc. Soror conformitate spirituali. In hiis ergo verbis beata Clara commendatur hec a duobus, videlicet de conformitate ad ordinem fratrum minorum et de fecunditate quo ad ordinem sororum.

¶ Circa primum notandum quod sancta Clara soror nostra, soror angelorum, soror Christi est. Soror nostra conformitate paupertatis, angelorum conformitate virginitatis, Christi conformitate caritatis. Nichil tantum conformat nos Christo sicut caritas.

¶ De primo. Jac. ii. Si autem frater aut soror nudi sint et indigent victu cotidiano etc. Soror nostra Clara bene indiget victu quando cum suis sororibus tantum dimidium panis habuit de qua tamen divinus [illegible] mirabiliter saciatur. Sicut autem quelibet frater est alia, ita sancta Clara soror est omnium fidelium generaliter. Hec soror est fratrum minorum specialiter propter conformitatem in paupertate, in habitu et in aliis. Soror nostra omnino ex eadem nostre religione. Vnde bonus frater minor de ipsa dicere potest quod Abraham dixit de Sara, Gen. xx. Vere soror mea est, filia patris mei et non filia matris mee.

¶ De secundo. Cant. viii. Quid faciemus sorori nostre in die quando alloquenda est? Si murus est, edificemus super eum propugnacula argentea; si hostium, compingamus illud tabulis cedrinis. Verba ista possunt esse angelorum de allocutione sororis sue sancte Clare sollicitorum. Alloquebatur enim eam dyabolus per se et per alios temptando. Alloquebatur eam dominus per se ac per beatum Franciscum visitando. Alloquebatur insuper eam de pixide eucharistie consolando. Et etiam nos deus ac dyabolus frequenter alloquitur. Aug. Aures tue posite sunt inter deum monentem et serpentem suggerentem. Alloquenti ~~alloquenti~~ dyabolo fuit sancta Clara murus per fidem impenetrabilis, tot habens propugnacula quot sunt credenda. Alloquenti autem domino hostium fuit ipsa apertum, tot habens tabulas quot intuetur. ¶ De t. Cant. v. Aperi michi soror mea amica mea immaculata mea. Soror utique caritate. Sed ecce anima non est soror uera nisi sit amica et columba et immaculata. ¶ Debet ergo esse amica diligendo integre sine diminutione. Deut. xxx. Diliges dominum deum tuum ex toto corde etc. Aug. Minus te domine amat qui tecum aliquid amat. ¶ Item debet esse columba diligendo vere sine fictione. Ro. xii. Dilectio sine simulatione. et i. Jo. iii. Non diligamus verbo neque lingua sed opere et veritate. ¶ Te sit immaculata diligendo pure sine carnali affectione. Unde exo. xxv. iii. Quod archa uestita fuit auro purissimo. archa anima fidelis aurum caritatem significat que ab omni affectu corrupto purissima esse debet. Propter has conditiones caritatis ait apostolus ad thimo. i. Finis precepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. Cor purum facit sororem xpi. immaculata conscientia bona facit esse amicam. fides non ficta facit esse columbam. Simplicitas columbe est contraria fictioni.

¶ Sancta igitur clara que sic integre et vere et pure dilexit ideo dilecta soror xpi fuit. et dicere ipse xpo ait. Matth. xii. Quicumque fecerit voluntatem patris mei qui in celis est ipse etc. ¶ Quarto secundum nota quod beata clara creuit in numero. in merito. in premio. creuit in familia sororum. in gratia meritorum. in gloria premiorum. ¶ De primo dicitur hic. Soror nostra es. crescas in mille milia. Sancta clara tamquam radix fructuosa. tamquam prima ordinis fuit nimis generosa. creuit et crescit per dei gratiam et in multa milia filiarum. Crescunt quidem verbis et exemplis animalis in milia sed etiam et in milia eiulatuum in inferno. Crescunt autem alii cum sancta clara uberi germine in milia letantium in celo. Sic milia hominum ad milia venerunt angelorum. De quo apostolus apo. v. Numerus eorum milia milium cum multa psallentibus angelis chorus celestium potestatum in una caritate viuentium. ¶ De secundo dicitur vi. Considerate lilia agri quomodo crescunt etc. Lilia agri sunt cedie communiter ait. O quam pulchrum virginali candore lilium fuit sancta clara. O quam creuit non solum castitate sed omni

uirtute ⁊ pfectione sic iustorū
ē cresc̄e. ꝓu. 4. Iustoꝝ semita
q̄i lux splendens ꝓcedit ⁊ c̄scit
usq; ad pfcm̄ diem. Ideo c̄scat
in te cum annis gratia. cū eta
te iusticia. Sz heu quidam cres
cunt nō in bono sz in malo et
ꝯ. Re. Menelaus ꝑ eoꝝ qui
tos qui in pō erant auaricia ꝑ
manebat in potestate crescens in
maliciā ⁊ ad insidias ciuiū. Gͦ.
Non nulli qui etate crescunt i
nequitie decrescunt. ¶ De ō-
hest. x. Puulus fons ēuit
ī fluuiū ⁊ in lucē solēq;
conuersus est ⁊ in aquas pluri
mas redundauit. Hester est.
Hester interpretatur abscondita uel
eleuata ⁊ signat uirgē scam
claram que abscondita fuit se
culo eleuata fuit deo. Hec
ēuit ī fluuiū eterne uoluptatis.
ī fontē ⁊ ī lucē plene uita
tis. ī cognitōe ⁊ in sole sūme
claritatis. in ētne. ꝯ. xij. Ful
gebunt iusti sic sol. dum crescit
in uita crescit gloria. crescit coro
na. Igitur labor protrahitur pug
ne ut crescat corona iusticie.
Potest etiam dici quod scā
clara creuit in aquas plurimas
plurime familie creuit ī flu
uium gratie. creuit in lucem solemq;

glorie.

O quam pulc̃ est casta gñā
tio cū claritate. Sap. iiij.
Verba ista conueniunt bte cla
re uirgini que ⁊ uirginalem
castitate ⁊ bone uite claritate
huit. Re ergo ⁊ nomine cla
ra fuit. Est autē bonorū qua
druplex claritas fidei ꝑ doctri
nam ⁊ gratiam hetur. Unde
de quodam ceco quem dn̄s il
luminauit expuendo ⁊ eius
oculos manu tangendo dicitur
ꝯ. 8. Restitutus est ita ut
clare uideret omnia. Pagani
hnt oculos cecos. uident uelam
mali scām suppos. Sz ꝑ spum
doctrine ⁊ ꝑ tactū gratie du
plicem. s. gratie preuenientis
⁊ gratie subsequentis clarū fcm
uisum receperunt ⁊ sic reuela
ta facie illuminata ꝑ fidē
clari deum speculantur ⁊ cte
sine aliq̄ claritate fidei si
qua deus in nob nō hitat
nō preueniens ad claritate
speciei. Igitur qui nunc deo
inhabitante nō regitur de diui
ne claritatis spe postmodū
nō letatur. Tanta autē est
claritas fidei quod ferre eam
nō possunt infirmi oculi ⁊ hec
bn̄ signatū in claritate fanu

quam habuit ex consortio simonis domini. quam ipse cum domino simone habuit cenando cum dominus cum ipsa simone habuit de pixide in qua corpus fuit. fixendo. ¶ De secunda dicitur hic. O quam pulcra est et cetera. Castitas utique coniugalis magis autem vidualis. sed maxime virginalis preclare est in sanctorum operatione claritate. Hac claritate deus honoratur. Ecclesiasticus .v. Luceat lux vestra et cetera. Sed heu claritas bone conmunig malorum societate sepius fuscatur.

Separet ergo a malis quicumque clarificari vult cum bonis. Unde cum iudas separatus fuisset ab apostolis dominus dixit. Ioh. xiii. Nunc clarificatus est filius hominis. clarificatus enim fuit in membris suis malo ab ipsis separato. Sic enim castitas incorruptionis non claritas operis sufficit sine claritate dilectionis. Unde virgines prudentes cum lampadibus bonorum operum oleum acceperunt. In virginibus castitas. In lampadibus bonorum operum claritas. In oleo caritas significatur. Hoc solum oleum prudentes a fatuis discernit Augustinus. Hoc solum donum est quod separat inter filios regni et filios perditionis. O quam prudens fuit sancta clara que in vase cordis sufficienter accepit oleum gratie caritatis. hoc etiam dominus in miraculo ostendit. Hic dicitur quomodo cuius vas vacuum miraculose fuit oleo impletum. ¶ De tertio Sap. viii. Habeo propter hanc claritatem ad turbas, scilicet propter sapientiam quinque sensuum. Per unam autem sapientiam regitur ad deum scilicet bene operando et bene vivendo. Fuerunt claritate bone fame ad turbas id est ad multos homines habet. Ecclesiasticus. Fama a bono opere vite accipit et favoris gratiam quasi claritatis lumen aspergit. Sed heu multi hanc iustorum claritatem detractionibus et mendaciis obscurant quorum mendacia adhuc manifesta erunt sicut de ioseph dicitur. Sap. x. Mendaces ostendit qui maculaverunt illum. et dedit illi claritatem eternam. Nam claritas fame sanctorum in morte non cessat. Nam sepe post mortem magis claret quam in vita sicut patet in sancta clara. et sancto francisco et in aliis sanctis. Attende bone quod acciderunt post mortem sancti martini et sancti nicolai et aliorum confessorum. Item post mortem sancte katherine et aliarum virginum. Item post mortem sancti laurentii et aliorum narin. Et post mortem sancti petri et aliorum apostolorum. Et post mortem abraham et aliorum prophetarum et patriarcharum et cetera. Quanta est adhuc fama eorum. maior est adhuc fame claritas mortuorum quam vivorum. Sic esse quamdiu in hac vita bene viveret pauperes defensaret. discordes concordaret fama eius et ipso mortuo viveret. Eccl. xxxix. Nomen eorum vivet in generatione et generationem. Clarum ergo consideres nomen tuum. ut glorificetur vere nomen futurum. De quo dicit Joh. xii. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de celo dicens et clarificavi et clarificabo. Clarificavit enim sicut dicit glosa. factis mirabilibus que egit lazarum scilicet suscitando. v. milia de v panibus saciando et cetera. Sic itaque nomen sancte clare et in clara nomen dei clarificatum est cum eius meritis. licet non sex milia tamen quinquaginta sorores dimidio pane saciate sunt.

Tertio nota quod apostolus loquens de glorificatione corporum resurgentium ait. i. cor. xv. Alia claritas solis alia stellarum. Lune enim claritas. stella enim differt a stella in claritate. sic et resurrectio mortuorum. Quot ergo erunt milia in corporum glorificatorum in celo quasi tot erunt in sole claritates aliarum incomparabiliter maior est. Claritas tue puritatis erit splendor aliarum quando splendor est solis lumine habito corporum humanorum erit aliarum. Apoc. xxi. Civitas non eget sole neque luna neque lucerna in ea. Nam claritas dei illuminabit eam. O quanta est hodie claritas corone sancte clare. quam cum mutatis coronis vestivit virgines celestes. in morte sicut de ipsa legitur.

Macula non est in te. Cant. iiii. Hec verba convenienter dici potuit domina beate clare que vita et gratia et nomine clara fuit. Convenienter ergo dominus ait beate clare tota pulchra es amica mea et macula non est in te. Quadruplex autem macula a qua immunis erat sancta clara et consistit in mentis. lingue. vite. fame. Bern. in festo innocentium. sine macula.

Astitit regina a dextris tuis. ps. xliiii. Regina celi et terre est beata virgo maria que hodie a dextram dei astare cepit. vigilia. Jo. Regina mundi hodie de terrestri et de presenti seculo nequam ccipitur. Iorum autem duo gaudete. sed attendite karissimi quod regina debet habere regium comitatum. regium vestitum. regium thronum. regium dyadema. Sic et regina nostra hodie ad regnum assumpta habuit comitatum copiosum. vestitum preciosum. thronum gloriosum. dyadema speciosum.

¶ Primum figuratum est iii. Reg. x. ubi dicitur quod regina saba ingressa ierusalem cum comitatu multo et divitiis. camelis portantibus aromata et aurum infinitum nimis et gemmas preciosas. Vere regina est ingressa. Ant. Hanc vere fatemur reginam celorum pro eo quod regem peperit angelorum. Ista regina hodie est ingressa ierusalem celestem cum multo comitatu angelorum. Bernardus. Quis excogitare sufficiat quam gloriosa hodie regina mundi processerit et quanto devocionis affectu tota in eius occursum celestium legionum prodierit multitudo angelorum. Quid mirum si angelos in comitatu habuit maria cum et hoc de aliis sanctis legatur et de paupere lazaro dicitur Luce. xvi. Factum est autem ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum abrahe. In sinu solent locari parvuli. et vere parvula per humilitatem fuit maria. Cant. viii. Soror nostra parvula est. et que pre omnibus sanctis delicatius in sinu. Ille merito eam fovet in celo quem in sinu suo sepe fovit in mundo. Ingressa quoque hodie est regina nostra cum multis divitiis meritorum. quibus super omnes animas preter animam christi abundavit. Prov. xxxi. Multe filie congregaverunt divitias etc. Unde cameli maxime sunt scilicet vires anime sue portantes aromata exemplorum et bone opinionis aurum sapiencie et contemplacionis gemmas virtutum et bone operacionis.

¶ De secundo. Ps. Astitit regina a dextris tuis in vestitu etc. Vestitus marie claritatis corporis claram stolam figurare potest. que propter claritatem non solum auro sed etiam soli comparatur. Apoc. xii. Signum magnum apparuit in celo. mulier amicta sole. Quid mirum si regina sole vestitur. ubi quilibet in regno solo sole vestitur. Mt. 13. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Quid est mirum si sole clarius fulgeat in regno qui sole clarius fulget in exilio. B. Tolle hunc solarem qui illuminat mundum quid nisi nox. Tolle mariam hanc maris stellam quid nisi densissime tenebre relinquentur. Hec regina nostra circumamicta uarietate est meritorum quantum ad stolam anime. O felix uarietas uirtutum et meritorum. O infelix uarietas uiciorum de qua Ier. xiii. Si mutare potest ethiops pellem suam et pardus uarietates suas et uos potestis bene facere cum di. ma. Considera hanc uariam reginam nostre stolam. uaria enim est in liliali candore uirginum. in roseo rubore martirum. in luminoso splendore angelorum. Varia utique in candore uirginitatis. in rubore caritatis. in splendore uitatis. B'. O maria uirgo uirginum singularis rosa celice amenitatis prudum algitiua uiro pmeuas intimas diuini luminis susceptiuas. ¶ De v. 3. Rg. 2. Positus est thronus matri regis ad dexteram eius. Rex est xpc. R. Ipse est rex glorie. Regis mater est regina maria. Beda. Reuera mater domini nostri dominorum domina debuit nuncupari. Hec est mater regis diligendi agnoscendi. Ecc. xxiiii. Ego mater pulchre dilectionis et c. Mater ... sunt eius per quem diliguntur diligenda timenda timentur agnoscuntur agnoscenda. sperantur speranda. Huius matris huius regine tronus positus est non in primo non in sede usque nec in nono ordine angelorum sed super omnes ordines angelorum ad dexteram regis angelorum. Iuste ergo hodie ab ipso rege intronizata est ideo creditur quod saluator omnium quantum datur intelligi ipse hodie festiuus occurrit et cum gaudio secum in throno eam collocauerit. Regina nostra a dextris sedere et a dextris astare dicitur. Sedere regnantis. stare adiuuantis est. Sedet ergo maria ut regnans in celo. Stat autem ut adiuuans eos qui sunt in mundo. ¶ Tercium signum in regina hester de qua dicitur hest. ij. Adamauit eam rex super omnes mulieres et posuit dyadema regni in capite eius. Hester interpretatur eleuata et significat mariam que hodie super choros angelorum est exaltata. quam non michael nec aliquis angelus sed ipse angelorum rex dyademate reg hodie coronavit. b. O maria te vere dominus amavit pre omnibus et coronavit. stolam glorie induens et coronam pulchritudinis ponens in capite tuo. Quid mirum si regina de manu regis coronatur a quo et alii sancti coronantur. Sapientie v. Accipient regnum decoris et cetera. Regina ergo nostra est archa illa super quam beseleel id est christus coronam auream. Exo. xxxvii. Ipsa est mulier illa habens in capite coronam xii stellarum id est xii prerogativarum. Ergo nunc karissimi quia hec regina diligentissime attendamus et ei reverentiam regine debitam frequentissime exhibeamus. B. Mentem et oculos pariter cum manibus ad te regina mundi attollimus et coram te celsitudinis genua flectimus cervicem inclinamus ac plenas suspiriis ad te preces medullitus transmittimus.

Thronus eius sicut sol in conspectu meo et cetera. Ps. Verba ista possunt esse patris de filio loquentis et matris eius gloriam commendantis. Ait ergo Thronus eius sicut sol et cetera. Thronus filii dei dicitur thronus inquantum mente et ventre thronus corpore fuit et anima mater maria que hodie in conspectu dei patris una cum filio est collocata creditur esse. Au. Thronum dei thalamum domini id est tabernaculum christi dignum ubi est et ubi ipse est. tam clarum thesaurum dignus est celum servare quam terram. Considerandum quod beata virgo mistice thronus est eburneus, thronus saphirinus, thronus nubeus, thronus solaris. Thronus est eburneus per integritatem incorruptionis. Thronus saphirinus per serenitatem consolationis. Thronus nubeus proprietate miserationis. Thronus solaris per claritatem glorificationis. De primo. 3. Rg. x. Fecit rex salomon thronum de ebore grandem et vestivit eum auro fulvo nimis et cetera. Rex salomon regem verum pacificum significat. huius thronus est virgo maria. Ebur enim quod mundum ~~tealtum~~ est et frigidum est castitatem significat. Maria ergo tota fuit eburnea tamquam carne virginea. Talem thronum talem regem decebat. B. Nec decebat deum alia mater quam virgo. Nec virginem alius filius quam deus quia maior nec interius nec inter filios nasci potuit. Throni iste uestitus fuit auro caritatis. Hoc est aurum quo et archa dei uestita fuit intus et extra. Legitur Exo. xxxvii. Archa dei est mater dei continens manna diuinitatis in urna humanitatis Christi. Hec archa facta est de lignis sethim imputribilibus et hec maria imputribilis fuit per incorruptionem uirginitatis. Et uere putridi sunt coram deo et angelis omnes incontinentes. Joel i. Computruerunt iumenta in stercore suo. Archa ista imputribilis castitatis fuit uestita intus in corde et extra in opere auro preciosissime caritatis. Ieronimus. Beata es dei genitrix cuius candor uirginitatis splendidior emicuit circundata officio caritatis. ¶ De ho

eze. i. Super firmamentum quod erat imminens capiti eorum quasi aspectus lapidis saphiri similitudo throni etc. Nota hanc uisionem uidit propheta. iiii. animalia et super animalia firmamentum cristallinum. et super firmamentum thronum saphirinum. super thronum similitudinem hominis. Per iiii. animalia sicut exponit beatus Gregorius significantur omnes iusti degentes in carne adhuc animali. Per firmamentum cristallinum natura angelica uel in terra triumphans ecclesia significatur. que admodum cristalli pura est etherio lumini. Per thronum saphirinum beata uirgo maria signatur propter celestem conuersationem. Saphirus enim habet celestem colorem. sic uirgo sancta celestem habuit conuersationem. Philippenses iii. Nostra conuersatio in celis est. De talibus dicitur. Tren. iiii. Saphiro pulcriores. Sed heu multi sunt carbone nigriores in conuersatione. de quibus ibidem dictum subditur. Denigrata est super carbones facies eorum. sed certe omnibus qui fuerunt saphiro pulchriores beata maria pulcrior fuit per uitam et mores. propter quod facta est thronus dei speciosissimus. unde in ipsa posuit rex thronum suum quia concupiuit eius speciem et decorem.

Videtis ergo carissimi quod super animalia militantis ecclesie est firmamentum ecclesie triumphantis. Super hoc firmamentum est thronus idest beata maria. Super thronum est homo Christus Ihesus. et de merito tam dignissimum locum super angelos et sanctos ei contulit in celo qui in ipsa locum dignissimum habuit in mundo. Bernardus. Nec in mundo locus dignior u

ginal' uteri· in quo filium dei ma
ria suscepit· nec in celis rega
li solio quo maria hodie fili
us dei sublimauit· ¶ De t°.
ecc· xxiiij· Tronus meus in
columpna nubis· Beata maria
bene tronus nubis dicitur· Nu
bes enim protegit nos ab ardo
re solis· sic maria ab ira filij
dei qui est sol iusticie· Ps· Expo
nam nubem in protectionem eorum· Et
hoc bene dicit B· O mater clemen
tie ad te protectoris umbracu
lum confugium atque fortitudinis
domini· It dicitur ecc· xi· Si
replete fuerint nubes imbrem
super terram effundent· Que
umquam nubes fuit tam repleta
quam fuit maria gratia plena
Unde sicut nubes plena irri
gat et uirescere facit terram· et pla
tas· Sic maria plena refrigerat et
uirescere facit ecclesiam et animas fi
delium· immo et alias creaturas·
Au'· O femina plena et super
plena gratie cuius plenitudinis
exhabundantia respersa sic re
uiuat omnis creatura· O quot
antiqui peccatores reuiuiscunt per
mariam· exemplum de theophilo·
¶ De quarto dicitur hic· Thron
us eius sicut sol etc. Maria est sol
per gratiam quam habet in celo· et sic
luna per gratiam quam habet in mundo
gl'· Uerum exprimit illud de dupli
ci stola corporis et anime scilicet
hoc quod maria est sic sol in conspectu
dei quo ad animam· et sic luna
perfecta in eternum quo ad corpus.
Cant· vi· Pulcra ut luna
electa ut sol· Au' Hec est uelud
columba speciosa pulcra ut luna
electa ut sol· ianua celi dec
nilrm· caput uirginum· Sed in
me omnia corpora iustorum erunt
sicut sol in patria· utique sicut
m· paul. dicit· Tunc iusti fulgebunt
sicut sol in regno patris eorum
ergo corpus marie multo cla
rius credendum est sole· Quo
modo ergo anima eius sole et cor
lune comparatur· non ut magis
similitudo quam similitudo ostendat
Dissimiles enim sunt clarita
tes solis et lune· sic itaque et mul
to amplius anime et corporis
marie· O quomodo in tanta cla
ritate accidit sol soli filius
mater· Au'· Ne mirum· ut dig
netur et congaudere deus reg
nans in celis· quem paruulum
ex te hominem natum totiens os
culata es interius·

Que est ista que progreditur
quasi aurora etc. Cant
vi· In hijs uerbis beata uirgo

quia sic in aurora surgit ipsa enim nobis ad dominum mediatrix. ad angelos pacificatrix ad nos ipsos illuminatrix. ad demones defensatrix. Rx in salute beate virginis.

Benedicta es tu filia a domino deo excelso pre omnibus mulieribus super terram. Judith. xiii. Rx. O beatissima virgo maria tibi competit laus ista. sicut enim filius tuus benedictus est et tu pre omnibus mulieribus benedicta utique pro plenitudine persone quam genuisti. multitudine nunc quam exhibuisti. magnitudine glorie quam recepisti. Rx in salute beate virginis.

Nudaverunt eum tunica talari. Gen. 37. Joseph de quo hoc verbum dicitur beatum apostolum bartholomeum signare potest. quem deus gratia et virtutibus ex multis filiis spiritualibus augmentavit. Joseph enim augmentum interpretatur. Hunc persecutores tunica talari tunica naturali nudaverunt qui ipsum nudum excoriaverunt. Sed attendite karissimi duplicem nuditatem videlicet corporalem et spiritualem. ¶ Primam beatus bartholomeus toleravit patienter. secundam secundo diligenter. Attendite nudum omnem nascentem. nudum necio egredientem nudum omnia relinquentem. nudum ipsum patientem. ¶ De primo Eccl. v. Sicut egressus est nudus de utero matris sue sic revertetur et nichil secum afferet de labore suo. Hoc est verum omni homini. quibus nudi omnes nascimur. nudi morimur. Quare ergo miser homo res per rapinam per mendacia et per alios modos dampnabiles congregas. cum tamen in fine nudus remaneas. quare luctaris cum labore quod nichil secum affert de labore. Mt. 16. Quid prodest homini si lucretur universum mundum sibi et filiis suis pariet meritum igne eterno. Job. xxvii. Filii eius in gladio erunt et nepotes eius non saturabuntur pane. Gladius significat dampnationem. ¶ De secundo. ysa. lviii. Cum videris nudum operi eum etc. Operi karissime nudum et maxime in necessitate. operientes enim benedicti non operientes maledicti erunt in iudicio. Si autem maledicti erunt qui nudos non operiunt. quanto magis qui eos nudos faciunt. De quibus dicitur Job. xxiiii. Nudos dimittunt homines indumenta tollentes et post pauca sequuntur multe maledictiones talium. Ve ergo violentis. ve omnibus qui taxillis qui cumulis vel aliis inimicis medijs pauperes et nudos faciunt. quia maledicti erunt. Glossa in iniquis si ad tempus benedicitur in regnum tamen maledictionis eterne tenet. ¶ Tercio ysa. xx. Sicut ambulavit servus meus ysa. et nudus et discalciatus. Et exponitur in vigilia penthecostes in sermone Solet contristari spiritum sanctum in tercio libro. Vere beatus Bartholomeus nudus et discalciatus fuit temporalibus. sicut alij apostoli. Mathei xix. Ecce nos reliquimus omnia et cetera. Hic omnia reliquit qui nec pellem nec caput retinuit. De quo dicitur in pascene. In sermone cum videris nudum operi eum. Hanc quadruplicem nuditatem beatus bartholomeus habuit. unam primam nascendo. secundam patiendo. terciam omnia reliquendo. quartam dimittere voluendo. Spiritualiter autem nudus est homo virtutibus et meritis. Apocalipsis iij. Nescis quia tu es miser et miserabilis et pauper et cecus et nudus. Sed attende quomodo misera anima nuda efficitur in mundo. nuda relinquitur in extremo. nuda ostenditur in iudicio. nuda comburitur in inferno.

¶ De i. [illegible] ij. doc qui potum dat amico suo mittens fel et inebrias ut aspiciat nuditatem eius. demonis peccatoris fraudulentus est diabolus. falsus utique amicus sed verus inimicus. Amicus est in mundo. sed inimicus scilicet in inferno. Hec propinat anime potum concupiscentie cum admixtum est fel iracundie amaritudinis eterne. sic anima in peccato inebriatur et veste virtutum denudatur. Threnorum iiij. Inebriaberis atque nudaberis. Mirabilis ebrietas nudare dominam vestire ancillam. domina est anima. caro ancilla. Johannes crisostomus. Omne tempus vivit more comessantium. expoliantes dominam adornantes ancillam.

¶ De secundo Ezechielis. Hec agent tecum medio et tollent omnes labores tuos et dimittent te nudam et ignominia plenam. quia maligni spiritus videntur cum peccatoribus amiciciam agere in vita sed in medio agetur in morte sicut cum porco in amicicia agitur dum impinguatur. in medio autem dum mactatur. Ambrosius. Sic amat dyabolus filios suos ut perdat sicut amat glutto porcellum ut comedat. Tunc ergo misera anima omnino relinquitur nuda. sic dyabolus miserabiliter deludit peccatores. Unde beatus andreas bene ait. tamdiu eos delu dit donec exeat de corpore nudi. et cetera nichil secum preter peccata portaret. ¶ De ii°. Vanum est ostendam gentibus nuditatem tuam. et eze. xvi. Nudabo ignominiam tuam coram eis et videbunt omnes turpitudinem tuam. Omnis utique et cordis et oris et operis turpitudinem omnes videbunt. Unde orig. ait. Nudabuntur peccatoris nuda conscientia et aperto ore cordis videbunt uice peccatorum que stilo ferreo et ungue adamantino scripte sunt. atque uniuersa spectancium multitudo leget in pectore meo signatas ymagines peccatorum. ¶ De iiii°. apoc. xvii. Hy odient fornicariam et desolatam facient illam et nudam et carnes eius manducabunt et ipsam igne concremabunt. ¶ Contra hanc quadruplicem nuditatem in mundo. in extremo iudicio in inferno. beatus bernhardus veste bone vite. veste virtutum optime custodiuit. secundum illud apoc. xvi. Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua. ne nudus ambulet et videat turpitudinem suam.

Tulerunt pallium meum custodes murorum. cant. v. Ciuitas quedam est mundus. ezech. vii. Ciuitas plena iniquitate. hec ciuitas vallata est mundanis legibus et undique quasi quibusdam muris. Unde mundani iudices sunt qui murorum custodes. hy pallium pellis sancti bartholomei tulerunt dum eum expoliauerunt excoriauerunt. Ideo beatus bartholomeus bene potuit dicere. Tulerunt pallium meum et cetera. Sed attendite karissimi quod est quadruplex pallium. videlicet pallium usuale. pallium naturale. pal. spirituale pallium immortale. ¶ Primum est miserie. ¶ Secundum naturale. tercium gratie. ¶ Quartum glorie. ¶ De primo. dicitur. ¶ Qui uult tecum iudicio contendere et tunicam tuam tollere da ei et pallium. Ecce tu qui pauperi nudo forte nunquam tunicam dedisti. ecce pauper nudus iam paratus est tecum coram summo iudice pro tunica contendere. Coram illo utique iudice qui et iudex et testis erit pro paupere secundum illud. mat. xxv. Nudus fui et non cooperuistis me. Nonne times tam grauiter iudicari pro tunica subire. qui si uelles tunicam posses sine penuria dare. Dimitte ergo pauperi non solum tunicam sed et pallium. attende quod sanctus martinus non habens di

mittē palliū ſuꝑfluū dimiſit
⁊ nocīum. Gr. Amare ꝓximū
mētitur qui in nēccitate illius
etiā que ſibi ſūt necīa non ī
ꝑtitur. Sic aūt ſic tandem ē
iudiciū pro pallio nō dato qn̄
to mag̃ ꝓ ablato uel habito de
iniuſto. Legitur enim Ioſue
vij. quod achior palliū cocci
neum ſub th̃eus horrenda mor
te ꝑijt cum filijs ⁊ filiabus
Homine modo times ſi palliū
uł aliam ueſtē de iuſto habes
Homine horrendā quod ꝑ ma
le acquiſitas pr̄ cum natis.
nati pro patribꝫ ſepe puni
unt. quia patres ꝓ natis
ſepe tranſgrediunt. Gr. ſepe
ad auaritiam cor parentis al
licit fecunditas ꝓlis. ¶ De
ij. iiij. ij. Deſuꝑ tunicā pal
liū ſuſtuliſſe. corpꝰ eſt qͥ que
dam tunicā aīe naturał. hāc
aīa mrīs conſtāt̄ reliquit
ī paſſionē q2 indubitāt̄ re
cipiet eam ī eīne. Quomō
aūt recipienda ſit querere pt̄
aīa mrīs. Cant. v. Expoliaui
me tunica mea. quomodo ī
duar illa. Super tunicā hāc
eſt pellis quaſi palliū nāle. h̄
palliū beatus barthomeus uo
lentibꝫ tollere tunicā ꝑmo
dimiſit. Vn̄ ne potuit dic̄. Tale
rūt pal. m. Quare miſ homo
de pallio foris pulcro ſuꝑbis. cum
ſub pallio tam abhominabil' et
immundꝰ ſis. Aug. Pellis mor
ticina quid tenderis. o ſanies
fetida quid inflaris. It̄ quid ꝓdē
aīe deformi pulcrū pallium
⁊ quid obeſt aīe pulchre uile
palliū corporis. Aug. Non querit a
nobis amator nr̄ deus pulcram
carnē ſꝫ pulcros ~~mo~~ mores.
¶ De eo. Gen. xlix. Lauabit ī
uino ſtolam ſuam. ⁊ in ſanguine
uue palliū ſuū. Hec dicit de
iuda qui īterꝑ̄ confitens. ⁊
ſignat pͥncipē peccā ſuā confi
tentem. cuius ſtola eſt fides.
pallium conuerſatio. que ſi ma
culā habuint lauari debet.
in uino compunctionis. ⁊ in
ſanguine lacrimaꝝ expreſſo de
uinis oculoꝝ. Gͦ. ab oculis
lacrime quaſi quidā ſanguis
aīe decurrūt. ⁊ uere bn̄ in
digeremꝰ ſi ſanguineas lacri
mas fundere poſſemꝰ. ut palliū
uite nr̄e bene mundaremus. O.
quā fedum palliū ē macula
ta uł mala uita. mali mores
Hec pallio bn̄ ornatꝰ homo co
ram deo ⁊ angelis ⁊ hoībꝫ ēē.
Gg. Vere ornatus nec ueſte auri.

nec uestis pompa. sz boni mores sunt. Item bene stola bona ꝫ uita bona palliū bonū ē fama bona. sz palliū etiā post mortē hominis remanet ī terris. Sancti iam regnantes in celo pallia sua nobis reliquerunt ī mundo. hoc bene figuratū est in helya q(ui) ascendens in paradysum reliquit terra palliū. Ecce beatus bartolomeus tot annis regnauit ī celo et adhuc palliū suū. fama sua exemplū suū recens est ī terra. Similiter dico de aliis sanctis. Sz heu sicut uiui pulchrū. ita ipsi post se relinquunt fedum pallium.

¶ De. iiij. ysa. lxi. Darē ei coronam pro cinere. oleum gaudij pro luctu. palliū laudis pro spiritu meroris. Eia bene uere pro sordido male uite pallio dabitur palliū igneū in inferno. sic pro bone uite dabitur palliū solare in celo. Notate ergo bene q(uod) pro cinere humilitatis. pro luctu tribulationis. pro merore contritionis dabitur corona dignitatis superne. oleum iocunditatis interne. palliū īmortalitatis uel claritatis eterne. hec omnia bene figurata sunt in mardocheo q(ui) post cinerē et eiulatum et post amaritudinē de quibus legitur. hest. iiij. Consecutus est corona aurea et pallium purpureū. et generale tripudiū sic legitur. hest. viij. Sic sepe pro cinere humiliationis. ad coronā sublimationis. pro eiulatu tribulationis. ad palliū incorruptionis. pro amaritudine contritionis. ad tripudiū exultationis peruenitur. O quomodo ibi in palliis suis relucent spirituales et pulcherrimi colores. martyrum ibi beatus bartolomeus et alij martyres purpurei. uirgines candidi. confessores iacinctini palliis spiritualiter adornantur. in quo beato bartholomeo superadditur nouū palliū pro ueteri. quod persecutores tulerunt. quia pellem pro pelle īmortalem recipiet pro mortali.

Qui manet ī me et ego in eo hic fert fructum multum. Jo. 15. Euidenter patet quam firmissime beatus bartholomeus in xpo mansit quem nulla pressura a xpo separare potuit. In magna tamen pressura fuit sicut ei et ceteris aplis predixerat dominus Jo. xvi. In mundo pressuram habebitis. Magna utique pressura fuit que sibi pellē et caput abstulit et quia tam firmiter in uite. i. ī xpo mansit ideo tam in se q(uam)

in alijs multum fructū fidei et
bonoꝝ operum attulit. fructum
utiqꝫ utile. multiplicē. delectabi
lem. durabile. Rz ī ſimone oīſ
arbor.

Illum opz creſcere me autem
minui. Jo. iij. Verba iſta ſunt bti
Johiſ bapte de xpo et de ſeipſo. Qui
Ipſe minuꝰ eſt in capite. Ille cre
uit in cruce. Nos etiā cum Johe
opz minui nō capite ſz timore.
oportet utiqꝫ nos minui non
decollatōe ſz humiliatōe. Nota q
dicit opz et conſidā quod multa ſunt
que opz fieri in nobis. Opz enī
ut erudiam in predicatōe ueri
tas et renaſcam ī nouatione cri
minis. nec extrahamur ī tempta
tōe ueritatis. ut progrediam in
conuerſatōe ſcitatis. ut inuenia
m in edificatione bonitatis. ut
diſcernam in manifeſtatōe diuine
equitatis. De pmo. luc.
xxiiij. Oportebat pati xpm
et reſurgere a mortuis tertia die
reſurgere. et pdicari in noīe eius
pe. in re. o. pec. ī omneſ gen
tes. Ecce utiqꝫ oportebat pa
ti xpm et pniam predicare. ſo
q dicit in omneſ gentes. et de h
Rz. in feſto aploꝝ pet et pauli
In ſimone. Vos eſtis teſt. m. i
vij. mēbro. Sic aut opoꝫ
pniam predicari ita oportet et
penitētes arguī. Sic enim mlti
inobedientes vaniloq et ſeducto
res quos oportet redargui. De
ſcdo. Jo. 3. Non mireris quia
dixi ti oportet uos naſci denuo
pmo carnalit. denuo ſpualit.
Primo ex utero. denuo ex
baptiſmo p inuocationē trini
tatis. m. xxviij. baptizātes eos
in nōie patris et f. et ſ. ſ. Sic aut
natiuitatē carnale. cognatio car
nalis ita natiuitate ſpualem
cognatio ſpualis conſequit. im
pediens et dirimens matrimoniū.
Vna eſt int ſuſcipientē de fon
te. et patrem et matrē ſuſcepti.
alia eſt int ſuſcipientem et ſuſcep
tum. tcia eſt int liberos ſuſcep
tum et liberos ſuſcipientis.

De t. pmo. pe. i. In quo ex
ultabitis modicū nūc ſz oportz
contriſtari varijs temptatōibꝫ ut
pbatio fidei uīe multo pcioſior
ſit auro. etc. Penſate kmi q
dicit modicū. quātūcumqꝫ enī
magnū et graue ſit q patim.
modicū tamē eſt reſpcu pꝛoꝝ
nioꝝ. modicū ē reſpcu pmioꝝ
eternoꝝ. ij. cor. 4. Id quod ī pre
ſenti eſt momentaneum leue etc.
Jo. bn aur. 3g. Qui nō uult
premia conſidare que reſtant

grauiora estimat esse que tolerat.
Oportet ergo karissimi ut per tribu
lationem non solum purgemur sed
et probemur sed et glorificemur. Deinde
oportet ut sicut multa contra
iusticiam fecimus, multa pro iusti
cia sustineamus. Unde apostolus qui mul
tum inpugnauit nomen christi.
multa paciebatur pro nomine christi.
act. ix. Ego ostendam illi quanta
oporteat eum pro nomine meo pa
ti. Super omnia autem oportet ut om
nem tribulationem et ipsam mor
tem sustineamus antequam quicquam
contra deum agamus. Mt. xxvi.
Si oportuerit me mori tecum
non te negabo. ¶ De. iiii. i. thes.
iiii. Rogamus uos et obsecramus
in domino ihesu quemadmodum acce
pistis a nobis quomodo oporte
at uos ambulare et placere deo
etc. Ambulare utique uirtutibus
ambulare cum deo ad patriam.
Michee. vi. Iudicabo tibi o homo
quid sit bonum et quid dominus re
quirat a te. utique facere iudi
cium et diligere misericordiam
et sollicitum ambulare cum deo
tuo. Oportet ergo te facere
iudicium de te ipso. Nam latro
es anime tue. et forte multarum
animarum per te periturum. oportet
te spiritualiter malo capite puni

taris. ut cum beato iohanne dicere
possis. ne op[...] manui. Item
oportet te diligere iusticiam in
proximo. ~~[illegible]~~ mt. xviii. Nonne
ergo oportuit et te misereri con
serui tui etc. Aug. Duo sunt
tantum opera que nos liberant.
Dimittite et dimittemini. date
et dabitur. Item oportet te
per sollicitudinem ambulare cum
deo. Quid mirum cum etiam
per fidem oporteat te acce
dere ad deum. Heb. xi. Cre
dere oportet accedentem ad de
um. quia est et inquirentibus
se remunerator sit. Per hec tria
oportet nos ambulare et pla
cere deo. oportet utique. mt.
xxiii. Ve uobis scribe et pha
risei ypocrite. qui decimatis
mentam et anetum. et cyminum
et reliquistis que grauiora sunt
legis. et iudicium. et misericordiam et fidem.
Hec oportuit facere et illa non
omittere. Iudicium quo ad nos
ipsos diiudicare. misericordiam quo
ad proximos mutuare. fidem
qua cum deo ambulare debu
istis. ¶ De v. Luc. xviii.
Oportet semper orare et non
deficere. glosa. Semper orat qui
semper bene agit. nec desinit
orare. qui non desinit iustus esse.

Quamdiu vivimus operemur ut a bono non deficiamus. Oportet ut bonis operibus insistamus. Luc. xiii. Sex dies sunt in quibus oportet operari. Sex dies sex etates significant. Possunt etiam per sex dies nostre opera significari. Continuanda sunt ergo bona opera. Continuanda est semper bona vita et nostra penitentia. Aug. Aut continuum dolores cruciabunt penitentem vitam meam, aut etiam cruciatus vexabunt puniendam animam meam. ¶ De v. Cor. v. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, sive bonum sive malum. Glo. Frustra ergo sibi homo post hoc corpus promittit quod in hoc corpore comparare neglexit. Oportet ergo non solum animam sed et corpus recipere, non solum mala per dampnationem, sed etiam bona per glorificationem. i. Cor. xv. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem.

Volo ut protinus des mihi in disco caput Iohannis baptiste. Mar. vi. Iniqua Herodiadis filia ab iniqua matre instructa iniquum et magnum donum petiit ab Herode. Quid enim unquam petere caput innocentis, quo etiam caput nunquam maius vel dignius vel sanctius fuit capite Iohannis, preter caput Salvatoris et preter caput beate virginis. Considerandum autem est quod quadruplex caput. Primum est caput corporale corporalium membrorum. Secundum est caput universale fidelium bonorum. Tertium est caput pastorale hominum subditorum. Quartum est caput exitiale omnium iniquorum. ¶ De p. Eccl. iiii. Presbitero humilia animam tuam et magnato caput tuum, et maxime illi magnato qui maior est omnibus in celo et in terra. Humilia propter eum caput tuum qui propter te humiliavit suum caput. Io. xix. Inclinato capite emisit spiritum. O quam male ergo vices rependunt qui tam superbe caput erigunt. De quibus Job xx. Si ascenderit in celum superbia eius et caput eius nubes tetigerit quasi sterquilinium in fine perdetur. Quantum oritur in mundo, sterquilinium erit in sepulchro. Ecce pro spinarum tu rosam, immo tu aurum, tu gemmas in capite portas. Sed audi quid ait Io. Crimen est caput post consinatis sacrificationem aut oculos altius pigmenti suco vel pulvere sordidat, vel aut auro vel gemmis, vel [illegible] divine non spem commisit nobis. O mulieres. Hester in exemplo que orans ait ad dominum. Hester iiii. Tu scis infirmitatem et necessitatem quod abhominer signum superbie et glorie mee quod est super caput meum in die ostensionis mee etc. Beatus qui hoc caput propter fidem et iustitiam perdit sicut beatus Iohannes et multi alii. Apocalypsis xx. Vidi animas decollatorum etc. Beatum vero caput quod pro Christo ponitur in mundo, cui a Christo tanta gloria imponitur in celo. Psalmus. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide.

¶ Secundum caput est Christus. Colossenses i. Ipse est caput corporis ecclesie etc. O felix ecclesia, o felix anima que tam nobile, tam formosum, tam preciosum caput habet. Caput utique de quo omnis gratia influit corpori ecclesie. Psalmus. Sicut unguentum in capite etc. Caput est Christus, barba apostoli, vestimentum ecclesia, hora vestimenti ultimi iusti. Hoc dilectum caput pro omnibus membris doluit. Bernardus. Pro totius corporis putredine cauterium quoddam infixum est in capite. O infelix anima que hoc caput perdit. Iuste autem caput perdit qui mortale peccatum facit. Caput merito perdit qui caput non custodit. Hoc signatum est ii Regum iiii. Ubi dicitur quod dormiente hostiaria Isboseth percussum est a duobus principibus latronum. Hostiaria nostra est cordis ratio que hostium nulli aperire debet nisi Christo pulsanti qui ait Apocalypsis iii. Ecce ego sto ad hostium et pulso. Hostiaria obdormit quando ratio salutem anime negligit. Latrones autem vigilantes sunt peccata. Duo principes latronum sunt mala voluntas et malus actus, quibus tot latrones subveniunt quod voluntate et actu peccata committuntur. Ysto sech. iiii. confusionis in capite vere confunditur cum caput Christi absciditur.

¶ Tercium caput est quilibet in potestate constitutus sive ecclesiastica sive seculari. Amos vi. Ve vobis qui opulenti estis in Syon et confiditis in monte Samarie optimates capita populorum. Syon ecclesiasticam, montis secularem dignitatem significat. O quam infirma capita iam habet mundus et ecclesia. Bernardus. Dum caput egrotat cetera membra dolent.

B. Principis error multos involvit. et tantis obest quantis prodesse. Multi de cauda ad caput de humilitate ad dignitatem venerunt. i. Reg. 15. Nonne cum esses parvulus in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es. Sed econtra sepe dum sunt in capite dignitatis dimittunt caudam humilitatis sicut Saul. et ideo multi caput cum cauda perdunt. i. Reg. xxxi. Preciderunt caput Saul et expoliaverunt eum armis. Caput Saul perdit dum potestas quibus deponitur. vel etiam deicitur in morte. Arma sunt mundana sapientia potestas opulentia et huiusmodi quibus potentes in morte spoliantur. Hec sunt arma cum quibus David contra Goliam pugnare nescivit quia non carnalibus sed spiritualibus armis dyabolus vincendus est. ij. Cor. x. Arma militie nostre non sunt carnalia sed potentia deo. Tercium caput est dyabolus. Tren. i. Facti sunt hostes in capite. Vere horribile esset qui caput caninum vel serpentinum haberet. quanto magis horribilis est cuius caput dyabolus est. Ergo certe iniquorum omnium caput est dyabolus. Hoc caput capitatum est per Christi passionem quod bene significatum est. i. Reg. xvij. Ubi David Goliam cum baculo et quinque lapidibus aggressus proprio gladio amputavit caput eius. Significat autem David Christum. Golias mundum caput dyabolum. Baculus crucem. v. lapides v. vulnera Christi. gladius mortem Christi. Luc. ij. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Quia ergo mundus mortem Christo intulit mors autem Christi dyabolum deiecit quasi proprio gladio mundus caput perdidit. Abacuc. Tu percussisti caput de domo impii. i. de mundo. Sic utique mundus caput perdidit quia filium dei innocentem occidit. Iustum fuit hoc iudicium. Jo. xij. Nunc iudicium est mundi. nunc princeps mundi huius eicietur foras. Hoc est caput cotidie peccati amputatur per penitentiam. Gen. xl. Tres dies adhuc sunt post quos auferet pharao caput tuum et sus pendet te. In cruce tres sunt contritio confessio satisfactio. Hec quoque penitentiam significat.

Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Beatissimus baptista domini iohannes in iusto iudicio pro iusticia caput sanctissime exposuit. Ideo merito iustus uidet coronam glorie capiti suo imposuit. Capud uirgineum mitra datur in mundo, sed a uirginis filio coronatur in celo. Sunt autem in celo quattuor corone gloriose, quas precursor domini meruit uirtuose. Prima est corona generalis omnium iustorum. Secunda corona doctrinalis predicatorum. Tercia corona uirginum incorruptorum. Quarta triumphalis martyrum sanctorum. De hys dicitur in commendacione Pauli in simone. Reposita est michi.

11

Cum uenisset archa federis domini in castra, uociferatus est omnis israel clamore grandi. i. Reg. 3. Archa dei est beata uirgo maria. Psalmus. Surge domine in requiem tuam tu et. Hec archa hodie nascendo uenit in castra militie presentis uite, quam diu enim hic uiuimus quasi in castris militamus. Job. vij. Militia est uita hominis super terram. Omnis israel, i. fideles xpistiani, hodierno aduentu huius arche uociferari debent clamore grandi, laude et gratiarum actione. Quid possumus nos miseri pro tanta archa uociferari. Aug. Quid nos tantilli, quid acturi pusilli in eius laudibus referemus, cum omnium nostrum mitra si in linguas uerteretur eam laudare nullus sufficeret. Vociferandum tamen est grandi clamore, grandi laude, quia uere hec est archa per quam dyabolus deicitur, impius conuertitur, iustus benedicitur, saluandus producitur. Primum designatum est i. Reg. v. Ubi legitur quod dagon per archam deiectus est, et caput et manus eius abscise sunt super liminare. Dagon interpretatur piscis iniquus, et signat dyabolum. Hic est ille piscis qui thobiam pedes lauare uolentem deuorare uoluit, sicut tobie vj. dicitur. Dyabolus enim qui se per compunctionem lauat ualde persequitur, sed sepe per archam dei mariam deicitur. Caput dyaboli est uirtus siue potestas dyaboli, cui ualde aduersatur uirtus marie. gen. 3. ipsa conteret caput tuum. Manus autem dyaboli sunt opera sua et temptationes dyaboli. Felix qui ista manus euadit

castra sunt castra seu retorta [illegible] assumpsit [illegible] mille [illegible] electis [illegible] nocte [illegible] castra in [illegible]

Exo. l.

Eccl. li. Liberasti me secundum multitudinem misericordie nominis tui a rugientibus preparatis ad escam, et de manibus querentium animam meam. Caput ergo dyaboli et manus absciduntur dum potestas eius et opera eius effectu privantur. Hoc autem sepe fit per sanctam archam, per sanctam Mariam. Et ideo archa ista valde terribilis est inimicis suis. Sicut timent homines aciem milicie quantumlibet ordinatam, quemadmodum timent demones Marie pronunciatum vocabulum et exemplum. Secundum est signatum Josue vi. Ubi legitur quod archa domini circueunte civitatem iericho vii diebus quolibet die semel, sed septima die septies, muri iericho corruerunt, et civitas gladio et igne exterminata est. Civitas per penitentiam exterminanda est peccatrix conscientia, cuius murus est consuetudo peccandi. Psalmus: Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas et cetera. Gladius est acuta compunctio. Proverbiorum xii. Est qui promittit et quasi gladio pungetur conscientie. Ignis autem est fervens dilectio. Levit. vi. Ignis in altari meo ar. Quicumque nostrum male consuetudinis subruere et gladio compunctionis et igne dilectionis vicia cordis vult destruere, debet benedictam archam benedictam Mariam cordi suo septies circuire. Primo quidem ipsam recogitando. Secundo ipsam invocando. Tercio ipsam collaudando. Quarto per ipsam reuinando. Quinto propter ipsam proximis subveniendo. Sexto cerimoniis ipsam specialiter venerando, utpote inclinationibus, genuflectionibus, candelis et huiusmodi. Septimo exempla eius imitando. Et hec quasi in die septima. Septem circuitus fiunt contra septem vicia capitalia. Circuitur enim archa ista exemplo humilitatis contra superbiam, exemplo caritatis contra invidiam, exemplo mansuetudinis contra iram, paupertatis contra avariciam, fervoris contra accidiam, sobrietatis contra gulam, exemplo castitatis contra luxuriam. Bernardus: Mariam invoca, non recedat ab ore, non recedat a corde, et ut impetres orationis eius suffragium non deseras conversationis exemplum. Tercium enim signatum est i. Reg. vi. iii

Ubi dicit quod benedixit dominus obed
edom et domum eius propter archam
obededom. Unde patet serviens
rufo et signato quemlibet fidelem
illi rufo servienti. de quo. Cant.
v. Dilectus meus candidus
et rubicundus. Talis serviens et
omnis domus conscientie sue bene
dicitur a domino. Illa utique benedictione
de qua Eph. i. Benedixit nos in
omni benedictione spirituali in ce
lestibus in Christo. Hanc autem
benedictionem serviens iste consequitur
per benedictam archam per bene
dictam Mariam. Propter quod
bene legitur. Gen. xxxii.
quod ascendente aurora. Iacob
benedicitur. Aurora scandens
est Maria nascendo progredi
ens. Cant. vi. Que est ista
que progreditur quasi aurora.
Sicut autem per archam benedi
citur serviens rufo. sic in aurora
benedicitur luctans cum angelo
Serviamus ergo operando iusti
ciam et luctemur conando ad
gratiam. Serviamus exterius et luc
temur interius. ut benedicamur
superius. O vere benedicta ar
cha benedicta aurora. bene
dicta Maria. cuius benedictio
in omnes est tam copiosa.
Ans. O virgo benedicta et
super benedicta per cuius benedictionem
benedicitur omnis creatura.
Quartum signatum est Iosue
ubi legitur quod archa ve
niente ad Iordanem fluvius
divisus est. et populus pertransivit
in terram promissionis. Iorda
nis interpretatur rivus iudicii. vel
fluvius iudicis. Felix qui in
fluvio iudicii domini non fuit
submersus. De quo fluvio
dicitur. Dan. Fluvius igneus
~~[illegible]~~ rapidusque egredi
ebatur a facie eius. In hunc
fluvium decurrunt omnes ri
vi particularium iudiciorum. qui
fuit in morte cuiuslibet. qui ibi
submergi noluit. qui securus
in terram promissionis celestem
transire voluerit. sequatur
archam. sequatur Mariam.
Bernardus. Mariam sequens non
devias. ipsam rogans non de
speras. ipsam cogitans non er
ras. ipsa tenente non corruis.
ipsa protegente non metuis.
ipsa duce non fatigaris. ipsa
propitia pervenis.

Aufer rubiginem de argen
to. et egredietur vas pu
rissimum. Prov. xxv. Vas pu
rissimum fuit beata virgo Ma
ria. que rubigine originali ab

lata p ſanctificationem in utero ſācta ⁊ puriſſima hodie egreſſa eſt ex utero. B'. Fuit procul dubio mat' dn̄i ante ſca q̄m nata. Conſiderandū aūt quod maria vas puriſſimū. vas precioſum. vas utiliſſimū. vas ſpecioſiſſimū. Vas utiq3 puriſſimū eſt ſcitate. precioſum fecunditate. utiliſſimū ſanitate. ſpecioſiſſimū eterna claritate.

De p°mo dicit̃ hic egredietur vas puriſſimū. Vere vas puriſſimū fuit maria que de utero matris egreſſa eſt tā pleniſſime purificata. ut ī omi vita ſua nūquam fuit pcō minimo viciata. B'. Puto quod copioſior gr̄e benedcē in ipām deſcendit que ipſius nō ſolum ~~fig~~ ſcificaret ortū ſ3 ⁊ vitam deinceps ab omi peccato cuſtodiret īmunem ab omi utiq3 pcō cordis. oris. operis. Purus enī d3 homo eſſe in corde. y. thī. y. Sectare iuſticiam. fidem. caritatem. pacē cum hys q̄ invocant dn̄m in corde puro. Purus etiam debet eſſe in ore. P' u. xv. Purus ſmo ⁊c. Purus inſup d3 hō eſſe in ope. P'. Puritatem manuū mearū fac. Hoc triplici puritate puriſſima fuit maria. pura ab omī peccato opis. purior ab omni pcō oris. puriſſima ab omni peccato cordis. Au'. Decebat ut illius hominis concepto de matre puriſſima fiet ea puritate. qua maior ſub deo nequit ītelligi. S3 heu ſic maria vas puriſſimū. vas dei. ita pccōr vas īmundum vas dyaboli3. Oſee. viij. Factus eſt iſrl' quaſi vas immundum.

De ſo. ex. xvi. Sume vas unū ⁊ mitte ibi manna. Vas in quo mana in tabernaculo ſeruabatur aureum fuit. ⁊ bene ſignat illam auream mariam ꝓpter ſcām ⁊ auream eius vitam. Unde marie multo melius q̄m illi de quo dcm̄ eſt. Convenit illud eccō. l. Quaſi vas auri ſolidum. ornatū. oī lapide precioſo. i. omi virtute. Oms enim virtutes auream marie vitam ornaverūt ī mundo. ⁊ nunc magis in celo. Au'. O maria enim ī cubiculi regis beatitudine gemmis ac margaritis ornatrix aſſiſtis. ſ3 heu hodie devs quecumq3 marie deberent eſſe aurea per uite saciate iam sunt lutea pro uite uilitate. trenorum. 4. Filii Syon incliti et amicti auro primo. quomodo reputati sunt in uasa testea. Bene autem maria dicitur uas unum. Uere unum quod secundum non habet. quia nec primam similem uisa est nec habere sequentem. Uere unum singularitate. quia ipsa est omnino singularis et singulariter mirabilis per quam celestia renouantur. inferna remediantur homines saluantur. rei redintegrantur. Uas ergo preciosum est maria quasi aureum spiritualiter. Uas preciosius. quia unum singulariter uas preciosissimum propter manna conceptum mirabiliter. manna enim christum significat. apoc. 2. Uincenti dabo manna absconditum. Mira res. Hoc manna pascit angelos in celo et pascitur ab homine in mundo. Mira uere res quod cibus cibatur. Audi. Eum qui presentia maiestatis sue in celo angelos pascit. uirgo hec sacrato ubere uirginis lacte aluit. De tercio. 4. Reg. 2. Afferte michi uas nouum et mittite in illud sal. quo immisso in aquas pessimas sanate sunt. Uas nouum est maria. Ie. xxxi. Creauit dominus uas nouum super terram. Iere. Uere nouum et omnium nouorum supereminens nouitas uirtutum. Sal significat fidem. unde doctoribus fidei dicitur. Uos estis sal terre. Nec enim cibus sine sale sapit nec opera sine fide placent creatori. Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Unde et in leuitico precipitur offerri sal in omni sacrificio. Sal in nouo uase est fides in sancta uirgine per quam saluatorem concepit. luc. 1. Beata es que credidisti et cetera. Aque significant humanam naturam. siue uitam que sicut aqua defluit et decurrit. 2. Reg. 14. Omnes morimur et quasi aqua dilabimur in terram. Iste aque corrupte [illegible] pessime sunt. propter peccatum. male utique sunt. propter miseriam corporalem. peiores propter miseriam corporalem. pessime propter miseriam eternalem. ad quam obligatus est peccator. Sed ecce sale noui uasis scilicet fide noue matris aque pessime humane nature saluantur. Utilissimum ergo uas salis est maria. Utile quidem dum sepe corporaliter. utilius dum

ſpūalit̄ · utiliſſimū dn̄ ~~ſp̄~~ et
nalit̄ p ipam homo ſanatur.
Maria ergo eſt uas ſalus 7
ſalutis uniuſoꝝ. an̄. O ma
ria aula uniuſalis pietat̄.
cauſa gnalis renouationis. uas
uite 7 ſalutis uniuſoꝝ.
De · x · Ecc̄ · xl. Vas admi
rabile opus excelſi. hoc dr̄
de ſole. Et uere maria eſt
uas ſolare. imo uas ſole
ſpecioſius in glīa. Cant̄. vi.
Que eſt iſta que progdit̄
7c̄. Beata uirgo fuit q̄ſi
aurora p ſcificationem i utero
pulcra ut luna p ~~ſcī~~ ɔu
ſationem in mūdo. electa ut ſol
p glificationem in celo. Per
ſa ergo quam ſpecioſiſſimū uas
fuit maria. ſpecioſū in utero in
ſcificatione. ſpecioſius in conui
ſatione. ſpecioſiſſimū in glifi
catione. Quid mirū ſi tā
quā ſol pre omnibꝫ ē ſpecio
ſiſſimū in celo que tamqm̄
ſol omnibꝫ eſt cōmuniſſima
in mūdo. quemadmodū ſol
oritur ſup bonos 7 malos.
ē indifferent̄. ſic maria oībꝫ
ſe ſe exorabilē. omnibꝫ clemē
tiſſimā p̄bet. Maria ergo
eſt uas pretiſſimū ſpecioſiſſ

utiliſſimū. ſpecioſiſſimū. 7 io
merito omī gratia pleniſſimū.
Moueamꝰ ergo uas tam ple
num. ut effundat nobis aliq̄
bonū. P̄s. Commoueat mare 7
plenitudo eius. Mare ē maria
que moueri debꝫ deuotionibꝫ
7 ſuſpiriis. precibꝫ 7 ueneratio
nibꝫ. R. Vas plenū ſi quo
m̊ cōmouetur de facili effun
dit. ſic beata uirgo ſi moue
atur p̄cibꝫ effundit grām ſu
am ī nobis.

Fecit ſalomō thronum
de ebore grandē 7 ueſti
uit eum auro fuluo nimis.
tercio R. x. Beata maria thro
nus eſt ſalomonis etiā tronꝰ
filii dei. Vn̄ aug. appellat eā
thronū dei. thalamū dn̄i tab
naculū x̄. Hac tronū ſ ſalon
fecit qn̄ filius dei mariā ſibi
preparauit. Ipā utiq; eſt thronꝰ
eburneus ſaphirinus. 7c̄. R.
in aſſumptione ſermone. Tronꝰ
eius ſic ſol.

Egredietur uirga de radice
ieſſe. Seqre in ſalut̄ bte
uirgis marie. Jacob genuit io
ſeph uirū marie. 7c̄. R. ibidē.

Exaltauit de ſtā cīti
lignū humile. ez. xvii.

Lignum sancte crucis cuius exaltationis hodie festum agitur merito exaltatur debita veneratione in mundo quod exaltabitur sollempni apparitione in iudicio. Merito hoc lignum exaltatur quo deus honoratur, dyabolus suffocatur, mundus expiatur, terra multiplicatur, anima sustentatur, adversitas dulcoratur, patria reparatur.

honor

¶ De primo Psalmista secundum aliam translationem. Dicite in gentibus quia dominus regnavit a ligno. Iam Christus in celo et in terra regnat a ligno, quia regnat propter lignum. In ligno humiliatus est, propter lignum exaltatus est. Philippenses ii. Humiliavit semetipsum et cetera. Usque propter quod deus exaltavit illum et cetera. De hoc ergo in inventione sancte crucis in sermone. Michi autem absit gloriari in primo membro.

mundus Christus

peccator

¶ De secundo Hester vii. Et lignum quod paraverat Mardocheo, propter quod Iudei fuerunt in gaudio et tripudio. Mardocheus interpretatur amare conterens impudentem, et signat Christum, qui pro dyabolum in celo lesit in ligno. Tertio autem ipsum conteret in iudicio. Matthei. Super quem vero ceciderit conteret eum. Aman interpretatur iniquus et signat iniquum dyabolum qui in ligno crucis periit quam Christo fieri procuravit. Periit inquam quo ad dominium in quo fraudulenter omnem hominem habuit captivum, propter quod non solum homines sed etiam angeli habent tripudium. Rabanus. Nunc crux sancta angelis gaudia sua accumulata conspicit, nunc de hominis vita salutis sue cognoscit, nunc de fi multa retributione fraudis sue percipit.

¶ De tertio i a Petri ii. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, in quo gemuit tam gravia onera pertulit. Ysaias i. Laboravi sustinens. Si peccata gravia non essent, animas tam cito in infernum non mergerent. Job xxi. In puncto ad infernum descendunt. Item si gravissima non essent peccata, sub onere mortuus non fuisset. Bernardus. Agnosce homo quam gravia sunt vulnera pro quibus necesse est Christum dominum vulnerari. Si non essent hec ad mortem et ad mortem sempiternam, nunquam pro eorum remedio filius dei moreretur. O quam validum lignum quod sic pertulit onus orbis gravissimum. Augustinus. Dominum orbem non fit. ¶ De q°. gen. xxii. Cum quod colligasset ysaac. posuit eum super struem lignorum. Nota historiam quomodo pro ysaac aries occiditur. et seminis multiplicatio promittitur. ysaac christum significat qui et ante crucem et in cruce ligatus est. et super struem lignorum positus est. Aries uero carnem christi significat qui uinctus uepres spinee corone habebat. Aug. Spina coronatur qui spinas peccatorum uenit confringere. Ligatur qui soluit compeditos. Ligno suspenditur qui erigit elisos. et ecce non ysaac sed aries super struem lignorum occidit. quia non uerbum sed caro in cruce moritur. Exinde autem christiani qui sunt semen multiplicantur. Johannes. xii. Si autem mortuum fuerit multum fructum affert. Multiplicantur autem sicut stelle celi et sicut harena maris. boni christiani per stellas. mali uero per arenam significantur. quia illi in celo isti in inferno tanquam arena in fundo maris erunt. ¶ De v°. 3. Reg. xvii. En colligo duo ligna et cetera. Vidua ista adhuc ligna collegit ut panem faceret quo reficeretur.

anima sustentaretur.

Vidua est anima ab amore et copula mundi separata. Hec pane gratie uel gratia eucharistie indiget confortari. Qui hoc pane uti uolunt caueat ne sit canis. Math. xv. Non est bonum sumere panem filiorum et cetera. Sed quomodo fieri posset haberi iste panis. Quecumque ergo anima pane gratie refici desiderat lignum crucis in igne caritatis colligat. Leuitici. vi. Ignis in altari meo semper ardebit. quem nutriet sacerdos mane sub lig. per singulos dies. Altare cor. sacerdos spiritus. ligna crucem significant. que in amore crucifixi ~~ci~~ uehementer inflammat. Bernardus. Super omnia reddit te amabilem michi o bone ihesu calix quem bibisti. ¶ De vi°. nota. De moyse clamante ad dominum pro aquis amarath dicitur exodus xv. quod ostendit ei lignum. quod cum misisset in aquas in dulcedinem uerse sunt. aque amare significant ~~aquam~~ ad utilitatem presentis uite. Psalmus. Saluum me fac deus et cetera. Sed aque iste quandoque conuertuntur bonis in dulcedinem consolationis. Job. vi. Hec michi consolatio sit ut affligens me dolore non parcat. et Jacobi. i. Omne gaudium existimate et cetera. Ad dulcora

ad

du

cione aut tribulacionis valde efficax lignum crucis est. Diligens consideratio continue passionis. Gregorius. Quicquid afflictionis terrena propinat adversitas leve est si inspiciamus quod bibitum ad crucis ad crucis patibulum qui nos invitat ad celum.

capa

De VII°. Sap. XIIII. Exiguo ligno credunt homines animas suas, et pertranseuntes mare per ratem liberati sunt. Ecce karissimi transeuntes mare ad seculi ad patriam celestis exiguo crucis ligno per fidem et amorem crucifixi liberantur de exilio et periculo. Ys. lignum conscende crucis ut a mari tempestate seculi liberis.

Videbam et ecce arbor in medio terre. Dan. IIII. Quid arbor illa significet exponitur in textu. Potuit nichilominus arbor illa crucem Christi figurare, de qua canit ecclesia: Arbor decora et fulgida. Hec est arbor sub qua sustentamur, in qua elevamur, de qua cibamur. Sustentamur in angu[illegible]satate, elevamur in contemplatione, cibamur in fructu.

De VIII°. Cant. VIII. Sub arbore malo suscitavi te. Malum est arbor pomifera. Pomum autem arboris sancte crucis est Christus Iesus, cuius specie, cuius odore, cuius sapore etiam angeli delectantur. O quam rubicundum pomum in arbore crucis pendebat hoc pomum. Rubicundum utique exterius, candidum vero intus. Cant. V. Dilectus meus candidus et rubicundus. Bernardus. Vere rubicundus per sanguinolentiam, candidus autem per innocentiam. Innocentissime enim sanguis Christi fusus est. Testatur hoc traditor suus dicens. Mt. XXVII. Innocens ego sum a sanguine. Peccavi tradens sanguinem iustum. Testatur hoc et iudex suus Luc. XXVII. Innocens ego sum a sanguine huius iusti. Ecce quale pomum portavit arbor obediencie pro pomo arboris vetite inobediencie. Pro pomo mortis portavit pomum vite. Vivit enim in anima veraciter quicumque de hoc pomo gustaverit efficaciter. Jo. VI. Qui manducat me et ipse vivet propter me. Sub arbore ergo mortis homo suffocatus est, sub arbore autem vite suscitatus est, et adhuc cottidie sub arbore passionis suscitantur anime de sepulcro delectationis. Jo. Criso. Crux desꝑatoꝝ uita. crux claudoꝝ baculus. crux consolatio pauperum. ¶ De .ſc̄do. luc̄. xix. Precurrens ascendit ī arborē sicomoꝝ ⁊c̄. Sicomoꝝ interpretat̄ ficus fatua. qd̄ bene ꝯuenit arbori crucis. que ē quasi ficus dulcissima. fidelib; ⁊ pijs. iuxta illud. Dulce lignum dulci. F. pon. Fatua aūt uidetur infidelibꝫ ⁊ impijs. i. coꝝ. i. Verbum crucis ꝑeuntibꝫ stulticia est. hijs aūt. qui salui fi. i. nobis. uirtus dei est. Si milit̄ de cruce pnīe ⁊ religionis. O aīa xp̄iana si ihm̄ uidē. desideras. in arborē crucis ascendas. ascendēdo. credēdo. diligendo de uirtute in uirtutē ꝓficiendo. ut ihm̄ uideas deum deoꝝ in syon contemplādo. Ambrosius. Nemo pot̄ uidē ihesum constitutus in t'ra. ascende igitur arborē corde quam xp̄s ascendit etiam corpore. Cant. v. Ascendam ī palmā ⁊ apphendam fructus. Hoc qlib; dicē potuit xp̄c. hoc nūc dicit xp̄ianus. Fructus ergo arboris huius duplex. Unus pendens in arbore corporaliter alius pendens in arbore spiritualit̄. Primus ē xp̄c ad hunc ascendam' ꝑ imitationem ut ipm̄ apphendam' ꝑ dilectionē. ysa. liij. Apphendet vij mlieres uirū unū. ⁊ cetera. Secund' fructus est omnis electus. omnis ꝑ crucē saluad'. Propter hūc xp̄c ascendit ī crucē. ut ipm̄ apphenderet ad salutē. Luc̄. xiiij. Ipm̄ apphensum. sa. ac di. O quam hūc fructum dilexit qui sic puer pro ipo in arbore fleuit. B. fleuit xp̄c in cruce fleuit quia compassio sua sufficeret redemptori oīm profuit tamen electoꝝ paucoꝝ.

¶ De tercio dicitur. Dan. iiij. Videbam ⁊ ecce arbor in medio in medio t're ⁊c̄. Ibi cōmendatur hec arbor. de magnitudine de fortitudie. de pulcritudine. de plenitudine. Arbor crucis bene in medio t're uisa est. iuxta illud operatus est salutē in medio t're. Magnitudinē huius arboris bene describens beatus B. ait. In arbore uite ꝓfunditas iusticie qua reprobos condēpnat. Sublimitas glīe qua in sūmo celi suos remunerat. Latitudo caritatis qua peccatores conciliat. Longitudo finalis bōi

tatis qua suos in gra conser
uat. Fortitudo arboris huius
magna est cont dyabolum et
cont pctm. grauissimu enim
pondus pccor totius mudi
portauit. i. pe. ii. peccata nra
ipe ptulit in corpore suo su
lignum. Dulcitudo huius
arboris est magna. tam in fo
liis quam in floribz. oia foli
a sunt uba psi. a xpo icruce
plata. omnia uerba ad laude
crucis scripta l' pdicata. flo
res uero crucis sunt uirtu
tes crucifixi. ibi enim flos
obie. flos paciencie. flos hu
militatis. flos caritatis inueni
tur. B'. inter flores crucis do
minice pendet fructus omnis
uite. qui ipe est. arbor
uite in medio padysi. plenitu
do huius arboris magna est
in fructibz omn aiarum p cru
cem redeptaru. maxie aut
in fructu qui fructibz huius om
bz maior est xpo ihc. De hoc
fructu aialia sub arbore et a
ues uescuntur in arbore. De
quibz ibi legitur. Aialia sb
arbore sunt quicq sub cruce
sunt i mudo. Aues in arbore
sunt. quicq p crucem icelo st
quicq in hoc mudo pgustato

nes ul' consolacoes a crucifixo
pcepunt. illas quasi aialia
sup terram. illas qsi sub arbo
re colligunt ul. Aues autem in
arbore de fructu ubi pulcior
ubi dulcior fuit uesci possut.
Sic sancti in celo pro libitu
suo fruuntur crucis fructu.
dno nro ihu xpo et qnto alti
tanto dulcius. B'. fructus qn
to altior tanto dulcior. ergo
tu solus dulcissimus qz tu solus
altissimus.

Michi autem absit gloriari nisi
in cruce dni nri ihu xp.
Gal. vi. Hunc totum pz. in
iuencione crucis.

Ostendit michi dns. iiii. fa
bros zach. i. glo. iiii. fa
bri. i. ewangeliste sunt. quia
hodie illius glosi ewangeliste
mathei festum colim. ideo
aliq de. iiii. ewangelistis dice
pono. Saluator nr p sctos
iiii. Ewangelistas p scam doc
trinam eorum multa bona fecit
et cottidie facit eccle ideo fi
lii eccle mito debent quam
plurimu honorare. Quatuor
enim ewangeliste sunt quatuor
fabri ad edificandu. quatuor
uenti ad uiuificandum. qua
tuor aialia ignea ad iflama

quatuor flumina ad irrigandum, quatuor rote ad transportandum, quatuor columpne ad sustentandum celum. Per .iiii. enim evangelistas ecclesia dei edificatur, instituitur, vivificatur, iustificatur, inflammatur, dilatatur, transportatur, provehitur, sustentatur, stabilitur. De quarto dicitur: Ostendit michi dominus .iiii. fabros. Faber necessarius est domui edificande. Hebr. 3: Omnis namque domus edificatur fabricatur ab aliquo. Certe domus ecclesie fabricatur cum ab eo qui fabricatus est auroram et solem. Fabricata quidem est per quatuor fabros evangelistas. Fabricata utique est dum per doctrinam evangelistarum in fide et sacramentis instituta est. O quam stabiles qui tam magnam domum fabricaverunt. Ve. magna. .ij. thi. ij. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia, quedam in honore, quedam in contumeliam. Vasa dei aurea et argentea sunt iusti qui sunt in honore eterne glorificationis. Vasa vero lignea et fictilia sunt iniusti qui sunt in contumelia eterne dampnationis. De sexto. Ezech. xxxvii. A quatuor ventis veni spiritus et insufflavit super interfectos istos et reviviscant. .iiii. evangeliste sunt quasi quatuor venti per quorum doctrinam vivificantur interfecti. Omnes a dyabolo spiritualiter interfecti sunt quicumque in mortalibus peccatis sunt. O quomodo deflere deberemus caros nostros sic dyabolo interfectos. Iere. ix. Quis dabit capiti meo aquas et oculis meis fontem lacrimarum et plorabo die ac nocte interfectos populi mei. Interficiuntur per dyabolum in culpa, vivificantur per Christum in penitentia. Ie. vi. Ipse est qui iustificat. Aug. Omnes languores curat, leprosos mundat, mortuos suscitat. De tercio notandum quod .iiii. animalibus dicitur. Ezech. i. Similitudo animalium et aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium. Animalia sunt quatuor evangeliste. Matheus homo, Lucas bos, Marcus leo, aquila Iohannes. Hii fuerunt quasi ignis ardendo in se ipsis per caritatem. Unde Lucas evangelista de se ipso cum diceret illud scripsisse, Luc. xxiiii. Nonne cor nostrum ardens erat etc. Fuerunt quasi ignis accendendo ceteros in amore dei per ignea verba evagelii. Ier. xxiii. Nunquid verba mea quasi ignis dicit dominus et quasi malleus conterens petras. Verba oris dei corda humana quasi ignis accendunt per amorem et quasi malleus conterunt per timorem. Que spiritualiter non inflammarent illa verba evangelistarum que de passione Christi scripserunt. Bernardus. O duri et indurati filii Adam quos non emollit tanta benignitas tanta flamma tantus ardor amoris tam vehemens amator.

De quarto. Gen. ii. Fluvius egrediebatur de loco voluptatis. Fluvius Christus, locus voluptatis Mariam. iiii flumina iiii evangelistas vel evangelia significare possunt per quorum doctrinam ecclesia gratia et devotione irrigatur. Item quod et bene significant iiii evangeliste per iiii ydrias de quibus dicitur iii Reg. xviii. Helias cum iiii ydriis iussit ter effundi aquam super holocaustum altaris quod cum totum factum fuisset tunc orante Helya descendit ignis super sacrificium. iiii evangeliste sunt quasi quatuor ydrie corda humana per evangelium irrigantes. Altare significat cor fidele cui imponendum est sacrificium iustitie. Psalmus. Tunc acceptabis sacrificium iustitie. Imponendum ei est sacrificium misericordie. Osee vi. Misericordiam volui et non sacrificium. Oblatio autem nostra et altare nostrum vita nostra et corpus nostrum. Infundi debet ter aqua lacrimarum. Primo lacrimis compunctionis. Secundo compassionis. Tertio devotionis. Has tres infusiones in sacrificio Marie Magdalene invenies que flevit primo ad pedes domini, secundo super fratrem mortuum ad sepulcrum, tertio ad sepulcrum domini. Si sic cum lacrimis sacrificium bone vite irrigaverimus et cum Helya fuerimus orantes deus utique per ignem sacrificium nostrum acceptabit. Gregorius. Hoc solum deus sacrificium accepit quod ante oculos eius flamma caritatis accendit.

De v. Eze. x. Vidi et ecce quatuor rote iuxta cherubin. Et iii Reg. vii dicitur quod iiii rote in basi tales erant quasi in curru fieri solent. Quatuor rote in curru ecclesie sunt quatuor evangeliste in curru utique. De quo per

Currus dei decem milibus, .i. decem mandatorum obseruatoribus multiplex. Quicumque ueraciter in isto curru sunt de ipsis de uirtute in uirtutem currunt eunt semper ad anteriora protendunt. semper ad eterna proficiunt secundum illud apostoli. Phil. iii. Que quidem retro sunt obliuiscens. ad ea que priora sunt extendens me ipsum etc. Propter hec etiam bene ait Aug. Semper ad se dicit adde semper ambula semper profice. noli deuiare in uia. deficere noli. Noli retro redire. Quicumque in isto est curru ueraciter fuit in paradisum dei transibit. sicut figuratum est in Helya. iiii. Reg. ii. Ve eis qui de isto curru cadunt in peccatum. et tandem in infernum. Heu quod multi sunt cadentes. Ys. 8. Offendent ex eis plurimi et cadent et conterentur. De. vi. Nota quod. Exo. 26. iubentur .iiii. columpne ante sancta sanctorum fieri de lignis sethim et deaurari quarum et capita aurea et bases argentee erant. Et. fine iste columpne. Et. Ewangeliste sunt euangeliste columpne basis argentea est fides munda. Caput uero aurum est caritas preciosa. Columpne iste fuerunt de lignis sethim imputribilibus. Sic sancti ewangeliste fuerunt omnes uirgines. ne deberent esse imputribiles a castitate. contra quod dicitur. Joel. i. Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta dyaboli sunt omnes luxuriosi. Sed ecce non sufficit quod imputribiles erant columpne quin etiam essent deaurate. sic certe non castitas sufficit sine caritate. Bernardus. Subtrahe oleum et lampas non lucet. tolle caritatem et castitas non placet

Non est ualentibus opus medico. Mt. ix. Medico secundum mathei. medicus dicitur a tumultum. medicus iniquitatis quo nulla anima sanari potest est Ihesus Christus. Hunc medicum pro cura tanto debemus importunius instare quanto nos sentimus periculosius egrotare. Sed attendite karissimi medicum attendite et medicamentum. attendite iniquam diuersitatem medicorum. attendite uirtutem medicamentorum. Circa primum attendite quod medicus est deus. medicus angelus. ho.

dyabolus. De primo in sum-
mo ciarum uirarum medicos dicit
hic. Non est opus ua. medicus
sed male habentibus. Male autem
cxe habentes curantur contrario. pone. Sic
cōe medicus noster ihesus christus membra
sua id est fideles suos curauit ab-
stinendo. m. iiij. Cum ieiu-
nasset .xl. diebus etc. Certe
si liquoraris homo serpentem
dyabolum potat digeri tan-
ta abstinentia. Item inungendo
in manibus et pedibus et latere.
Augustinus. Fusus est sanguis medici
et factum est medicamentum frene-
tici. Ex positione. m. xxvij.
dederunt ei uinum bibere cum
felle mixtum. Valde egra est
anima que tot remediis non cu-
ratur. De secundo nota quod
dixit raphael angelus thobie
vi. Cor et fel repone. Sunt
enim hec necessaria ad medicamentum
utiliter. Raphael medicina dei
interpretatur. Nota ergo consi-
lium medicine angelice et pone
exe cor contritum super carbones in-
ferni. fumus enim contritionis
inde procedens dyabolum fugat.
etiam contritio tamquam fel ama-
rum oculos mentis sanat. sed
heu oculi ~~nostri medici dei~~ me-
dici nostri de anima peccatoris

sub nomine babilonis cong.
je. li. Curauimus babilonem
et non est curata derelinquimus eam
glosa. scilicet medici sub magno
medico. angeli uolentes animas
nostras a uitiis curare quos
ipsi repellimus dum consiliis
eorum non acquiescimus. De
tertio. Eccl. 38. Qui delinquit
in conspectu eius qui fecit illum
incidet in manus medici quod
uerum est de medico corpora-
li et spirituali. Sepe enim propter
delictum flagellat hominem
in infirmitate et cogitur uenire
in manus medici corporalis et
quia egritudine corporis percussus
est propter egritudinem anime. pr-
ius querenda est medicina a-
nime quam corporis. sed heu
multi faciunt sicut asa. de quo
.ii. par. xvi. dicitur. Nec in infir-
mitate quesiuit dominum sed
magis in medicorum arte confi-
sus est. Medicus autem spiritua-
lis sacerdos est in cuius manus
delinquens incidit in confessio-
ne. Boni enim medici illi doc-
tores uel confessores essent qui
non solum egros curare sed et
mortuos suscitare possent
ps. Numquid mortuis facia-
nt medici. suscitabunt etc. Quam

tus ergo medicus fuit beatus Matheus summi medici discipulus qui filium unicum regis Egipti a morte corporis eundemque cum uxore et toto regno a morte infidelitatis suscitavit.

¶ De quarto primo. quod de Emorroissa dicit. Lu. viii. Que in medicos erogaverat omnem substantiam suam nec ab ullo potuit curari. Glo. Medici demones sunt. Emorroissa significat animam peccatricem. Substantia autem que eis huius medicis in potando expenditur sunt bona naturalia. sanitas et sensus. et vires corporales et etas et tempus. Hanc substantiam filius prodigus consumpsit. Lu. xv. Dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose. Horum medicorum consilia et medicine ad hoc dantur ne homo illa morte moriatur. De qua morte Col. iii. Mortui estis et vita vestra abscondita est cum Christo in deo.

ii. ¶ Circa secundum nota quod summus medicus noster Ihesus Christus animabus hominum medetur scilicet verbo. ligno. sacramento. sacramento cauterio. verbo predicato vel ligno redemptoris. sacramento reconciliationis cauterio castigationis.

¶ De primo Ys. lxi. Spiritus domini super me eo quod unxerit me ad annunciandum mansuetis misit me ut mederer contritis corde et predicarem captivis indulgentiam. Ecce quia Christus nos nunciando et predicando medetur contritis. Ps. Misit verbum suum et sanavit eos etc. Sicut arte medicine calida frigidis. frigida calidis curantur. ita divinus noster contraria proposuit medicamenta peccatis. ut lubricitatis continentiam. tenacitatibus largitatem. iracundis mansuetudinem. elatis preciperet humilitatem. Summus autem medicus quot doctores in mundo misit tot pro se medicos substituit. sed ve eis qui curam infirmorum susceperunt et artem medicandi nesciunt. Tales qui vocarentur ad curam deberent dicere illud Ys. iii. Non sum medicus etc. Glo. Verbo si sese medicos esse iactant.

¶ De secundo Ecc. xxxviii. Altissimus de terra creavit medicinam et vir prudens non abhorrebit eam. Nonne a ligno indulcorata est aqua amara. Terra est beata virgo Ysa. ~~lxvi~~ xlv. Aperiatur terra et germinet salvatorem. Iste salvator est

medicina saluans preciosissima
de terra uirginali producta. R.
Mittitur filius uirginis filius
dei altissimus et iubetur occidi
ut uulneribus preciosis sanguis illius
balsamo medeatur. lignum est
crux christi quo medicina nostra
contusa et expressa est. hoc lig
no et amaritudo humani generis
purgatur. hoc etiam ligno ama
ritudo pene et tribulationis dul
coratur. O quam multi hodie
ingrati sunt tam fideli medi
co. similes ipsis crucifixoribus
de quibus Augustinus ait. Omnibus
curatoribus eius ingrati sunt
tamquam multa febre freneti
ci. saniebant in medicum. De
tertio conqueritur ps. i. Vulnus et
liuor et plaga tumens etc. Intellige uul
nus malicie. liuor inuidie. pla
ga tumens superbie non est cir
cumligata fasciis preceptorum nec
curata medicina sacramentorum
neque fota oleo gratie et donorum.
Septem autem sunt pixides me
dicinam sacramentalem continentes. scilicet vii. sacramenta. O quam
magna medicamenta sunt christi
documenta et monita. christi sacra
menta. Vere magna sunt re
media. quia magna est autem
humana uulnera quibus ad me
deri non potest. Augustinus ii. Magnus
de celo uenit medicus. quia mag
nus ubique iacebat egrotus.
De quarto. Job v. Increpati
ones domini ne reprobes. quia ipse
uulnerat et medetur etc. Sicut
medicus secando et incidendo. sic
dominus castigando et affligen
do uulnerat et medetur. Sed est ut
corpus redimas est. pars et ignes.
Quanto magis ut animas redi
mas ~~Auceditur~~ autem eo pacien
tius possis sustinere. Primo pen
sa quantus sit medicus et quam
sapiens qui est dolorem infert
quam optime uenit qualiter
te curet. Augustinus. plane in pena
salutem expecta. Quibus medi
camentis te curet quibus sectio
nibus quibus ustificationibus
ille nouit. Secundo pensa
quantus sit morbus et corruptio
peccatorum tuorum. glossa. Tanto quisque
ferramentum medici pacientius ex
pectabat quanto putridius con
cremat quod secat. Tertio
pensa quam iocunda. quam in
tegra quam perpetua sanitas
sequatur. Augustinus. Talem medici
nalem dolorem futuram cogitans
sanitatem. Quarto pensa
quanto grauius sit in inferno quam
in mundo. pro quod orat Augustinus

aut. Hic ure hic seca. Hinc est quod beatus Thomas martyr gladium persecutoris libenter sustinuit. qui ipsum expansis manibus orans iuxta altare ubi corpus Christi confecerat trucidauit.

Sequere me. Mt.

O quam gloriosum est sequi talem ducem. Eccl. xxi. Gloria magna est sequi dominum ut Eccl. ij. Quid est homo. ut sequi possit deum factorem suum etc. Sequere ergo hunc ducem exemplo dei. sequeris eum in mundo in extremo iudicio in celo. Sequeris inquam in sancta conuersatione in secura euolatione in beata resurrectione. in eterna consummatione. De his omnibus require in tercia feria pentecostes. Quesitum.

Deus qui glorificatur in consilio sanctorum. R. Bonos in consilio bonos in obsequio. et bonos. hec tribunales. Beatus ergo vir qui non abiit in consilio impiorum. Igitur a veneno corpus et a malo consilio animam custodire debes. Eccli. xxxvii. A malo consiliario serva animam tuam. Heu quoniam mali consiliarii qui se purcauant uiam dei. Ps. ipsi autem ex se purcaverunt omnem in consilio suo. glo. malo.

Circa secundum nota. quod beati iude apostoli et cuiuslibet fidelis triplex est fortitudo. fortes enim debent esse in veritate fidei. et in firmitate spei et caritatis dei.

De primo. i. petri. v. Adversarius vester dyabolus tamquam leo et c. usque. Cui resistite fortes in fide. leo in dyabolo. per fidem resistimus. dum per fidem ei in peccato non consentimus. immo et leonem dyabolum vicimus. conculcamus. dum profecto inimicum ipsum subpeditamus. Ps. Conculcabis leonem et draconem. Aug. Sic dominus est de dyabolo quia leo et draco est. leo per impetum. draco per insidias. Pensa ergo quam infirme fidei est anima quod non conculcat. sed conculcatur a leone. O infelix anima que tam per vilissimum statum conculcatur in morte a demonibus. Eccli. xix. Omnis mulier que est fornicaria quasi stercus in via ab omnibus pretereuntibus conculcabitur.

De secundo. hebr. vi. Fortissimum solacium habemus qui confugimus ad tenendam propositam spem quam sicut anchoram anime habemus tutam et firmam. Revera forti anchora indiget navis nostra. Navis autem nostra vel persona mea. vel bona vita nostra in qua navigamus ad patriam. ut ergo navis nostra contra periculosos fluctus seculi et tempestates dyaboli firmiter teneamus necesse est ut anchora spei tue mucrum firmiter infigatur. Greg. Quamvis tempestatibus nimiis influctuet animam tamen spei nostre anchoram in eterna patria figere in temptatione nostra in luce vera solidare.

cap

De tertio. cant. viii. Fortis est ut mors dilectio tua. Glo. Virtuti mortis comparatur dilectio quia nimirum mentem quam semel perfecte ceperit ab amore mundi funditus occidit. Amor ergo dei mors est amoris mundi. immo etiam amoris proprie vite. Sic patet in hystoria et aliis apostolis et martiribus qui ob amorem dei propriam vitam contempserit. ideo in talibz fortior est quam mors dilectio que mortē unica nō pōt. De triplici fortitudīe spūali: nō. qd legit. ij Reg. xxiij. Irruperūt ergo tres fortes castra philistinoꝝ ⁊ hauserūt aquam de cisterna betleem. Tres fortes sūt. fides spes caritas. Ꝑ castra uicioꝝ irrumpentes ⁊ aquā lacrimaꝝ de cisterna cordis contriti haurientes ⁊ ipi regi dauid regi xᵒ offerentes.

Vere uos testes mei estis dic̄ dñs. ys. xliij. Hunc sermonē Rl. Sup. in festo btōꝝ philippi ⁊ iacobi.

Numquid coniungere ualebis micantes stellas pliades. Iob 38. Septē stelle scdm̄ glosam omnes scōs signant qui septiformi gratia illustrati mundū illustrant. Hij a principio mundi usqʒ ad finē diuisis quidē temporibz distantes fuerūt in uita. sʒ omnes sunt in patria. Septē quoqʒ stelle vij. scōꝝ differentias possūt significare ⁊ sic ad vij. stellas, omēs stelle celi possunt ptinere. De prima ergo stella est scā maria cū suis uirginibz. Nu. xxiiij. Orietur stella ex iacob ⁊ c. h.

Hec est nobilis illa stella ex iacob orta cuius radius uniuersum orbem illuminat cuius splendor in supnis pradiat ⁊ inferos penetrat. Non solum autem uirgo uirginū sʒ etiā oēs uirgines sacre sūt quedam celestes stelle quas ipse filius uirginis clausit sub sera ⁊ sigillo uirginitatis. Iob ix. Stellas claudit quasi sub signaculo. O felix aīa que cū signaculo regine uenit ad palaciū. O felix aīa que cum hoc signaculo uenit ad filiū.

‖ Secunda stella est scs michahel cū omnibz angelis sanctis. Apo. ʒ. Cauda draconis trahebat tciam ptem stellarū celi. i. angeloꝝ. de qbz ēt dr iob xxxviij. Dimisit lapidē angularē cū me laudarent simul astra matutina ⁊c. Lapis angularis ē xp̄c qui ex utō uirginis p natiuitatē dimissus est. Astra matutina deum laudauerūt qn angeli cantauer glā in altissimis deo. Due ptes stellarū quas nō traxit cauda lucifer sūt ille de quibz dan. vij. milia miliū ministrabant ei ⁊ decies centena mil'.

3

assistebant ei. Pars ergo quedam una assistentium. pars alia ministrantium pars tertia caudam luciferi sequentium. Similiter me nobis dico quodque ut in nos sint in parte assistentium contemplativorum. vel in parte ministrantium activorum. ipsi erunt in parte ruentium iniquorum.

¶ Tertia stella est sanctus iohannes baptista cum omnibus precedentibus prophetis et patriarchis. Unde abrahe dicitur Gen. 22. Multiplicabo semen tuum sicut stellas celi et sicut arenam que est in litore maris. Mare significat infernum ob profundum. fetidum. procellosum. Hoc est mare in quo porci submersi sunt. Mt. viij. dicitur Iob. caplo. Porci sunt qui vitam suam tenent libidini et voluptatibus seculi mancipatam. Harena quoque maris significat peccatores ad mare inferni pertinentes. stelle autem celi significant patriarchas. et prophetas et alios iustos de semine abrahe descendentes. Inter has stellas una de clarissimis fuit iohannes baptista. de quo dici potest Eccli. l. Quasi stella matutina in medio nebule etc. Quam lucida stella fuit iohannes testatur dominus dicens Io. v. Ille erat lucerna lucens ardens et lucens.

¶ Quarta stella est sanctus paulus cum omnibus doctoribus suis. Dan. xij. Qui ad iustitiam erudiunt multos. fulgebunt quasi stelle in perpetuas eternitates. Verum est hoc si non solum erudiunt sed etiam faciunt iustitiam. si non solum doctrina sed etiam vita. tamquam stelle sunt clari. Ysid. tam vita quam doctrina clarere debet. Ecclesie doctor. Inter doctores autem precipue preclarissime stelle fuerunt apostoli. Unde de muliere que ecclesiam significat dicitur Apoc. xij. In capite eius corona stellarum duodecim glo. id est duodecim apostoli quibus mundus credidit. Corona ergo ecclesie est fides quam perdidit synagoga. Tren. v. Cecidit corona capitis nostri In corona xij. stelle sunt. quasi xij. apostoli fidem fide docuerunt.

¶ Quinta stella est beatus stephanus cum omnibus martiribus suis. Unde Dan. viij. Dicitur de hirco quem vidit daniel quod habebat cornu grande quo fracto orta sunt iiij. cornua. De uno autem ex eis egressum est cornu modicum et factum est grande et deiecit de fortitudine et de stellis et conculcauit eas. hyrcus dyaboli cornu uero significat potestatem. Unde potentibus dicitur. Nolite extollere in altum cornu uestrum. Magnum cornu dyaboli fuit potestas sua. quam ante passionem xpi in omnibus hominibus habuit quia et boni et mali ad inferos descenderunt. hoc cornu fractum est per passionem xpi. Sed heu quatuor cornua adhuc habet. ¶ Primum cornu est potestas quam in paganis ¶ Secundum potestas quam in iudeis ¶ Tercium potestas quam in hereticis. ¶ Quartum potestas quam in malis xpianis habet.

De cornu autem medio ortum est cornu potestatis persequendi fideles. hoc cornu primo modicum fuit. quia tantum per iudeos dyabolus xpistum et apostolos et fideles alios persequebatur. Postea uero grande factum est quia imperatores et reges et principes et iudices tirannum et mundus persequebatur ecclesiam. hoc cornu deiecit de fortitudine et de stellis et de fidelibus fortibus et lucidis. deiecit inquam corporaliter in morte et conculcauit diuersis tormentis. Sed conculcatores aliorum in mundo conculcabuntur ab eis in iudicio. Malachie iiii. Conculcabitis impios cum fuerint cinis sub planta pedum uestrorum. ¶ Sexta stella est sanctus benedictus cum omnibus monachis et religiosis sanctis. Iudicum v. Stelle manentes in ordine suo. Sunt omnes lucidam uitam in ordine regulari habentes hii in cursu suo sunt dum in uirtutibus et operibus suis fuerint proficientes. B. Curram non quasi in incertum. curramus desideriis profectuque uirtutum. Sysara interpretatur exclusio gaudii et significat dyabolum qui a gaudio celesti exclusus omnes nos libenter excluderet. Contra hunc semper homo pugnare debet. ut tandem dicere possit illud. Thimothei iiii. Bonum certamen certaui etc. ¶ Septima stella est sanctus martinus cum omnibus sanctis confessoribus. Sap. 3. Stelle dederunt lumen in custodiis suis etc. Lumen de quo in Matthei v. dicitur. Sic luceat lux uestra etc. Hoc lumine sancti confessores non solum subditos sed etiam seipsos. scilicet cor suum. os suum sensus suos membra sua optime custodierunt. Deut. iiii. Custodi temetipsum et animam tuam sollicite. Stelle in tenebris lucent sic et sancti confessores. Gregorius. multi in tenebris uite presentis dum supra exhibet astrum more nobis sr lucent.

Beati qui habitant in domo tua domine. Ergo vere beati sunt omnes sancti qui habitant in domo domini, in domo celesti, in domo dei, de qua Baruch 3. O Israel quam magna domus dei etc. Beati ergo qui habitant. O leta habitatio. Psalmus: Sicut letantium etc. Considerare debemus qualis sit illa habitatio et considerare qualis sit in se et qualis iuxta se, qualis supra se. In se est enim habitatio mundissima, securissima, sublimissima. Omnes enim sancti in domo celesti habitant in summa puritate et in tutissima securitate et in sublimissima dignitate.

puritas

¶ De puritate. Psalmus: Domine quis habitabit etc. usque obprobrium non accepit adversus proximos suos. Et ecce debemus quam mundus esse debet qui ibi habitare debet. Mundus debet esse corde, unde dicitur: Qui ingreditur sine macula. Ecce sine macula luxurie, avaritie, concupiscentie et aliorum viciorum. Mundus debet esse ore, unde dicitur: Qui loquitur veritatem in corde suo. Mundus debet opere, unde dicit: Qui operatur iustitiam nec fecit proximo suo malum etc. Quid enim facit inmundus inter tam mundissimos.

Audi quid Anselmus ait. Mallem purus a peccato et innocens gehennam intrare quam sorde pollutus celorum regna tenere. Cum Christus solos malos in inferno torqueat et solos ~~malos~~ bonos in celesti beatitudine foveat.

¶ De securitate. Ezechiel xxxiiii. Non erunt ultra in rapinam gentibus neque bestie terre devorabunt eos, sed habitabunt confidenter absque ullo pavore. Nota ex hiis verbis quod sancti in habitatione celesti sunt securi a gentibus et a bestiis et ab omni pavore. Nulle erunt ibi gentes, nulli importuni homines, nulli persecutores, nulli invidi, iniuriatores neque turbatores. Augustinus. Erit illa civitas purgatis omnibus civibus suis nullo sed mixto seditioso a turbulento secura. Nulle etiam erunt ibi bestie infernales de quibus Psalmus: Ne tradas bestiis animas confitentium tibi. Augustinus: Sic inimicus ille modo excluditur a corde credentium quomodo non excludetur a civitate viventium. Ibi ergo nec homines nec demones timentur. Nullus quoque ibi erit pavor cuiuscumque adversitatis. Augustinus. Ibi nulla adversitas turbat, nulla cecitas angustat, nulla molestia inquietat, sed perhennis leticia regnat.

¶ De t. ys.

sublimissima dig

xxxiii. Qui ambulat in iusticiis etc. usque in excelsis habitat. In excelsis utique dignitatibus celi. Nota. quod dicit qui ambulat in iusticiis. non unam. Pluribus ergo non sufficit una iusticia. Iusta enim debet esse opera iusta bona, et hora quecumque quod dicit et loquitur veritatem. Intellige non semel sed semper necessarium. tunc semper loqui veritatem. quia dicit propheta. perdes omnes qui loquuntur mendacium. Sap. i. Os quod mentitur etc. Secundum est quod dicit qui proicit avariciam ex calumpnia. non videlicet propter avariciam calumpniatur proximum sicut heu multi faciunt. Nota tertium est quod dicit. excutit manus suas ab omni munere. Nota videlicet turpiter accipiat vel turpiter det aliquod munus. Diversa enim sunt munera. Igitur aliud est munus a manu aliud ab obsequio. aliud a lingua. Nota. quod dicit obturat aures suas ut non audiat sanguinem et claudit oculos suos ne videat malum. Nota sufficit malum non agere immo etiam quod alius agat non debet homo libenter audire. Qui in ergo in hiis omnibus bene agit ube in excelsis habitabit. Qui vero in hiis male agit iste in profundo habitabit. O quod hodie habitantes in mundo qui [illegible] habitaret in profundo inferni si non esset tanta misericordia dei. Psalmus. Nisi quia dominus adiuvit me etc. Iuxta se est ista habitatio nobilissima ordinatissima concordissima. Omnes enim sancti in domo celesti habitant. In nobilissima enim societate habitant. in ordinatissima disparitate in concordissima caritate.

Nota.

¶ De primo nota quod nobilis societas quoniam gloriosa civitas illa est in qua nulli omnino nisi principes et reges et regine habitarent. Talis autem est illa superna civitas. Iere. xvii. Ingredientur per portas civitatis huius reges et principes. et post pauca: subiungit. et habitabitur civitas hec in eternum. in sempiternum. Reges utique sunt omnes qui de manu summi imperatoris coronam regni accipiunt. Sapie. v. Accipient regnum decoris. etc. Principes autem nobilissimi sunt non solum homines sancti sed et angeli sancti. Psalmus. Ut collocet eum cum principibus. glo. i. cum angelis cum apostolis cum principibus

nobilissima societate.

populi sui .i. cum apostolis videntes deum quia erimus omnes in illa nobilissima civitate. Sociate quicumque erimus in illa nobilissima gloriosissima civitate. Aug. Omnes una in voce et unione populo in una patria erimus. milia nullum dilectum civitati psallentibus angelis celestium potestatum in una civitate uniti. ¶ Deinde nota quod de parvulo grano sinapis dicitur Mt. xiii. Fit arbor ita ut volucres celi veniant et habitent in ramis eius. Parvum granum synapis est parvulus natus nobis. hoc granum factum est arbor cuius rami implent celum. rami eius sunt extensiones illuminationum a Christo ad omnes sanctos procedentium. rami sunt diverse virtutes et mansiones sanctorum Jo. xiiii. In domo patris mei mansiones multe. Aug. Tamquam stelle diversas in astris claritates sic sancti diversas mansiones sortiuntur in regno. Volucres celi sunt iubilantes angeli. volucres et sunt anime sanctorum qui habitant in diversis ramis secundum diversitatem meritorum. In illa in disparitate ramorum nulla prorsus est discordia inhabitantium. Immo quanto habitant in ramis altioribus tanto de eis gaudet et illi qui habitant in inferioribus. Aug. Non erit aliqua invidia dispersis claritatibus ubi in omnibus regnat unitas caritatis. ¶ De v. se. [illegible] Habitare eos faciam confidenter. et habitabunt mecum in populum et ego ero eis in deum. et dabo eis cor novum et animam novam. O mira et dulcissima ~~et dulcissima~~ caritas que est una omnium sanctorum anima. una utique non in substantia sed in caritate. Audi karissime. Ecce si anima martyris et tua erit una anima. Ergo gaudium anime eius gaudium anime tue. Item si anima virginis et anima tua erit una anima ergo gaudium anime erit gaudium anime tue. Sic de apostolis et aliis sanctis. dicit Greg. Tanta vis caritatis omnis sibi sociat ut bonum quod quisque in se non accipit in alio accepisse gaudet. Ecce quam bonum est et quam iocundum habitare etc. Super se est habitatio illa stabilissima. lucidissima. affluentissima. Omnes enim sancti habitant ibi in stabilissima patris eternitate. in lucidissima filii veritate. in affluentissima spiritus sancti bonitate. ¶ De s. s. sto[illegible]

Custodit dominus animas sanctorum suorum. R[illegible]
[illegible]

mouebitur qui habitat in ierusalem. certe
quia inceptum bene erit. Augustinus
O regnum o gloriam sempiternam et ue-
racem sempiternam cuius lux veri-
tas. cuius lex caritas. cuius mo-
dus eternitas. ¶ De secundo. ps. Ha-
bitabunt recti cum vultu tuo. Quod
lucidius vultu dei. ps. Illuminet
vultum suum super nos. Ille vultus
lucidissimus illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum. ps. Do-
mine in lumine vultus tui ambu-
labunt. Iste vultus clarissimus
angelos et omnes animas in celo
clarissime illuminat in cognitione
aspectus. Greg. Qui in terris omni-
potentis dei claritatem vidit nullo
modo esse credendus est quia sit
foris aliquid quod ignoraret
¶ De tertio. ps. Beatus quem elegi-
sti et assumpsisti etc. Quem elegi-
sti per gratiam in mundo et assumpsi-
sti in gloriam in celo. habitabit in
atriis mansionum celestium ubi
replebimur in bonis domus celestis.
in bonis eternis. in bonis spiritus sancti. sic
esse replebimur ut affluentissime
plenissimus. Anselmus. pleno corde
plena mente. plena anima. pleno
toto homine illo gaudio adhuc
super erit gaudium. Non ergo
totum illud gaudium intrabit in
gaudentes. sed ipsi toti intrabunt
in gaudium. Sic ergo karissimi omnes
sancti in illa domo celesti habitant
in securissima puritate. plenissima
securitate. in nobilissima societate.
in ordinatissima dispositione. in con-
cordissima caritate. in stabilis-
sima civitate. in lucidissima veri-
tate. in affluentissima bonitate.
Beati ergo qui habitant in domo tua
domine.

Laudemus viros gloriosos et pa-
rentes nostros. etc. Viri vere
gloriosi sunt sancti dei ab omnibus
vere glorificandi. Ipsi quoque sunt
parentes nostri. quod eorum fide et
verbis et exemplis ad veram vitam
illam expectamus quam deus da-
turus est hiis qui nunquam mutantur
ab eo. Laudemus ergo viros glo-
riosos. Laudari autem solet viri
quia formosi. victoriosi. virtuosi.
artificiosi. gloriosi. Laudemus ergo
sanctos formosos in conscientia. victo-
riosos in pugna. virtuosos in
propria vita. artificiosos in doctrina.
gloriosos in gloria. ¶ De primo. Cant.
VI. Regine et concubine lauda-
verunt eam. quenam ista que pro-
greditur. quasi aurora etc. Regine sunt
anime que deo serviunt pro eternis
concubine sunt que serviunt propter
Regine quoque sunt que fide et
amore. Concubine vero que sola

fide deo adheret. ab hiis laudatur anima pulcra que est quasi aurora in fide, pulcra ut luna in spe, electa ut sol in caritate. Gloria anime christiane sicut carnales corporali. Aug. Interiorem pulcritudinem christo placere. hanc studiosa cura ac sollicita cogitatione componite. hec est pulcritudo omnium sanctorum. Sed heu pulcritudo corporis plus quam anime queritur, plus laudatur. cum tamen hac pulcritudine, hac laude sepe homo in possessionem dyaboli rapiatur. Gen. xii. Laudaverunt illam scilicet saram apud illum et sublata est mulier in domum pharaonis, id est dyaboli.

¶ De secundo. Gen. xlix. Iuda te laudabunt fratres tui. manus tue in cervicibus inimicorum tuorum. Iuda interpretatur confitens, et significat eum qui ore et confessione facit ad salutem. huius inimici sunt dyabolus, caro, mundus. De quibus david ait. Eripuit me de inimicis meis fortissimis. Inimici erant david leo, ursus et gigas. Leo dyabolum, ursus carnem, gigas mundum significat. manus in cervices inimicorum mittit, qui instanter operando contra eos resistit. ps. Benedictus dominus deus meus qui docet manus meas ad prelium etc. Non solum autem manus sed et pedes in cervices inimicorum mittendi sunt, quia non solum operibus sed et voluptatibus et affectibus resistendum est. Iosue. x. Ponite pedes vestros super colla regum istorum. Reges isti iniqui demones sunt. Unde dyabolus dicitur Iob xl. Ipse est rex super omnes filios superbie. Conculca anima christiana hos hostes, hos reges. ps. Conculcabis leonem et draconem. qui sic exercitatus omnium sanctorum virtute ille fratribus suis et angelis et hominibus laudabilis erit. et maxime post mortem. Ambr. Lauda divitis virtutem sed cum perventus fuerit ad triumphum.

¶ De tertio. ps. Laudabuntur omnes recti corde. Hec est laus omnium sanctorum. Laudabilia sunt in se recta corda et recta opera. Prov. xxxi. Date ei de fructu manuum suarum et laudent eam in portis opera eius. Sicut boni fructus arborem et bona opera hominem laudabilem faciunt. Sed quantumcumque laudabilis vita sit, timenda tamen semper est dei iustitia. Aug. Ve etiam laudabili vite hominum si remota misericordia discutias eam. Quot autem porte sunt in quibus opera nostra nos laudant vel vituperant. Ecce due sunt videlicet

— porta mor

porta mortis ꝛ porta exitū iudicij. P̄ has om̄s trāsibim᷑. Laudabiles aūt debēt esse iusti. nō solū de rectis cordibꝫ ꝛ rectis op̄ibꝫ sꝫ ē de rectis rebꝫ. De rectis possessionibꝫ. ecc͠. xxxi. Beatꝰ diues qui inuentꝰ est sine macula ꝛ c̄. vꝫ. Quis est hic ꝛ laudabimꝰ eum. Sꝫ heu a quibusdā magis laudant᷑ curui ꝛ uiciosi. quam recti ꝛ uirtuosi. ps. Laudat᷑ peccator ꝛ c̄. pū xxviii. Qui derelinquūt legem laudant impium. qui currunt succendūtur ꝯ eum. De q̄rto ecc͠. ix. In manu artificis opa laudabunt᷑ ꝛ p̄ncipes pp̄li ī sapiētia s̄monis sui. artifices ꝛ p̄ncipes sūt doctores ꝛ rectores. q̄ docendo opant᷑ ꝑ arte scripturar᷑. Laudabilꝭ artifex esset q̄ domū maiora se capientem faceret sic ē doctor qui cor optat nec deꝰ capiat. nec dicit. i. Jo. 3. Maior ē deus corde nr̄o ꝛ nouit om̄ia. It̄ laudabilis artifex esset qui aqua ad montē duceret. sic doctor ꝑ artis doctrinā latinē ad celū inuitat. ecc͠. xxxv. A maxilla ascendūt usqꝫ ad celum. Sic ergo laudabiliter docendum. innuendū. uincendum. sꝫ pro huius temporalis laudari appetendꝰ nō est. aliquī laudabilis apud hoīes. ~~laudab~~ uituꝑabilis fiet ap̄ dm̄. Aut q̄ laudari uult ab hoībꝫ uituꝑante ab hoībꝫ nō defendet᷑ iudicāte. nec ē eripiet dampnante.

¶ De sexto dicit᷑ hic. Laudemꝰ uiros gloriosos. Scā dei gloriā ſc̄ in illa glosa ciuitate celesti. De qua psalmꝰ. Glosa dc̄a sūt de te ciuitas dei. Glosi sūt ap̄ dm̄ ī celo. qui ī lege dei uirtuosi fuerūt in mūdo. i. mach. ij. Viriliter agite in lege. q̄ in ipā gloriosi eritis.

De s̄c̄o martino ep̄

Dum uidis nudū opi eum. ys. lviij. Hoc optime bt̄us martinꝰ impleuit. qui nō de suꝑfluo sꝫ de necio sibi pallio nudum uestiuit. O tu hō putas ne solū beato martino hē esse p̄ceptū. imo ecce sic sibi. ita ꝛ tibi dicit. Si uidis nudum opi eum ꝛ c̄. Vide ergo nudū teipm̄. nudum p̄ximū. nudū xp̄m. Nuditas tua ab humiliatione p̄ximi. ad cōpassionē nuditas xp̄i ad cōpassionem ꝛ deuotionē te moueat. ¶ De ꝓpria nuditate dicit᷑. job. ij. Nudꝰ egressus sum de utero matris mee ꝛ c̄. Jn eccl. Mater est terra q̄ om̄s genuit. Jn nuditas xp̄i cons

attendenda est prudent· sustinen
da paciencer· operienda decent·
¶ De primo ait job· Nudus egressus
sum etc. Prudenter autem
de et frequenter pensare nuditatem
nativitatis et mortis multum
valet contra superbiam et contra avari
ciam quae nusquam homo congrega
ret qui hec relinquenda pensa
ret· Eccl· v· Sicut egressus est nudus
de utero matris sue sic revertetur et
nichil auferet secum de labore suo
etc· Ambrosius· Nudi omnes nasci
mur· nudi morimur· nulla discre
tio inter cadavera mortuorum nisi
forte quia plus fetent corpora
Luxuria ¶ De secundo
i· cor· q· Usque in hanc horam
esurimus et sitimus et nudi su
mus et colaphis cedimur· Nuditas
ista sustinenda est pacienter· max
ime quam pro peccatis vel pro
iusticia vel propter deum quis susti
net· sicut thobias· De quo tob·
i· fugiens Nudus latuit· Nu
ditas ista sustinenda est pacienter
non solum propter deum sed contra dya
bolum· non solum ut per hoc deo pla
ceam· sed etiam ut demonibus faci
lius evadam resistam· Gg'·
Nudi cum nudis luctari debe
mus· nam si vestitus quisque cum
nudo luctatur citius ad terram

deicitur quia habet unde teneatur.
¶ De ... gen· iii· Cumque cog
novissent se esse nudos consuerunt
folia ficus et fecerunt sibi pro
mata· Ecce non purpura non
preciosis texerunt primi parentes
nuditatem suam· Forte modo
cogitat aliquis quod preciosis se
non texerunt sed preciosa non ha
buerunt· Sed contra· Legitur ibidem
quod dominus fecit eis tunicas pel
liceas et non purpuratas quia
non preciosas· Numquid non potuit
facere preciosas qui fecit pelli
ceas· immo qui fecit omnia· sed
dominus facto ostendit quod opus verbo
docuit. i· thi· vi· Habentes ali
menta et quibus tegamur· His
contenti simus. B· Contenti su
mus quibus tegimur· non quibus
lasciviamus· non quibus superbia
mus· non quibus mulierculis
famulemur vel placere studeamus
¶ De nuditate propria dicitur
thob· iiii· De vestimentis tuis
nudos tege· Nudos tegere valet
ad evasionem culpe ad collationem
gratie. ad perceptionem glorie· sicut
de omnibus hiis patet in beato
martino· ¶ De primo· eze·
xviii· Si nudum vestimento op
eruerit· A pauperis iniuria
manum averterit· etc· Usque hu

nō moriet̄ morte utiqȝ culpe
⁊ gehenne. B'. Quis dēt eis
semel mori ne ineternū moriā
tur qui dicent montibȝ cadi
te sup̱ nos. ⁊ collibȝ coop̱ite
nos. Sȝ frustra tūc optabunt
opiri collibȝ. qui paup̱es modo
nolūt opire uestibȝ. ¶ De
scō dn̄i hic. Cum uideris nudū
opi eum ⁊ carnē tuam ne
despexis ⁊c. Nudum utiqȝ nō
uestitum. Aug'. Tolle nudita
tem. cui prestas uestem. quod
est cont̄ illos qui uestiūt nō
nudos. nō egētes sȝ uestibus
habundantes. Nudum ergo opi
dei nō dyaboli. nō histriones
⁊ hiis modo. Io. os. Da indige
ti ⁊ nō des salutē ne cum
pecuniis tuis aīam p̱das illi'.
Attende quid dn̄s p̱ ysa. pro
mittat ei qui nudū opit. dic
enim. Tunc erūpet q̄i mane
lumē tuū ⁊ sanitas tua cito
orietur ⁊ anteibit faciē tuā
iusticia tua. Tria hic p̱mit
tuntur. videlȝ. lumē. sanitas
iusticia. Lumē gr̄e. sanitas cōsc̄e.
iusticia uite. ¶ De eo. math'
xxvi. Nudus fui ⁊ cooperuistis
me. ⁊ post pauca. Venite bn̄
dicti patris mei. Et 9. alius dic
cet. Nudus fui ⁊ nō cooperuistis
me ⁊c. Discedite a me ⁊c. Cū
ergo tanta bona q̄ consequat̄
qui nudos opit. nō cogitet un̄
quisqȝ quot hic nudos opuerit.
Heu quot sūt qui nec hoc anno
nec alijs aliquē cooperuerit. Au
dit. Pasce fame morientem
quod si nō pa. occi. Sili dico de
opi frigore moriente. si nō
cooperuisti occidisti. O fideles q̄
bȝ dicet nudus fui ⁊ cooperuistis
me. O quam iocunde btūs mar
tinus hec u̾ba audiuit. ⁊ iudico
qui hoc iam audiunt ī mundo
dum dn̄s dix̄. Martinus adhuc
cathecuminus ⁊c. ¶ De nudi
tate x̄pi sig̃natū est. xj. Ro.
vi. Ubi dicitur. Cum. glo fuit ⁊c.
Usqȝ quasi nudus unus de scu
tis ⁊ tamq̄ scurra x̄pe tracta
bat dum colaphis ⁊ alapis cede
bat. Vide ergo x̄pm nudū in
cruce moriente pendentem. nu
dum in aīa ad inferos descē
dentē. nudum ī paup̱e uesti
bȝ indigentē. ¶ De eo fig
turn est. gn̄. ix. Dū noe qui
inebriatus denudatus fuit. Hoc
signat x̄pm qui fortissimo ca
ritatis sue uino inebriatus
p̱ salute hoīs fuit ī morte
nudatus. De qua ī morte
nuditate btūs B. ait. Vide

nudicate pauperem et nudum christum natum sine hospitio iacentem inter bovem et asinum in presepio involutum vili panniculo. fugientem in egypto. sedentem in asino. nudum in patibulo. ¶ De secundo. gen. xxxvii. spoliaverunt ioseph tunica talari miseruntque eum in cisternam veterem. Joseph christum significat. tunica vero talaris carnem christi qua anima nudata descendit in infernum. ¶ De tertio. math. xxvii. spoliaverunt eum etc.

Moyses orabat ad dominum et descendit ignis de celo. Nu. xi. Verba ista assumpsi ad commendationem sancti martini qui bene per moysen significari potest. non solum per interpretationem nominis sed etiam per vitam et orationis. Sicut enim moyses ita beatus martinus potens fuit in oratione. Moyse itaque orante ignis descendit. et martino sacramenta offerente globus igneus super caput eius apparuit. Commendatur autem beatus martinus in hiis verbis. primo de digna specie sue orationis. secundo de benigna specie sue visitationis. ¶ De primo commendatur ubi moyses orabat. ¶ De secundo ubi descendit ignis de celo.

Circa primum notandum quod oratio digna. exornanda est. sublevanda est. continuanda est. Exornanda est per puritatem pectoris. sublevanda est per sufficientiam meritorum. continuanda est per perseverantiam desideriorum. ¶ De primo. math. xi. Cum statis ad orandum dimittite si quid habetis adversus aliquem etc. usque sed pater vester qui in celis est dimittet vobis peccata vestra. Sed solum autem orationis sed etiam omnis cuiuslibet iniquitatis vel male voluntatis contra orationem. ps. iniquitatem si aspexi in corde meo etc. et beatus b. dicit. Gravius nichil ita orationis sue tempore confusione deprimitur. si hanc cum sua operatione adhuc inquinatam aut aliene malitie fetatus dolor accusat. Ab omni ergo odio. ab omni re iniusta. ab omni crimine orationem tuam exoneres. et omnibus dolendo confitendo satisfaciendo ad [illegible] orationem te preparas. ne iudicaris potius deum temptare quam orare. eccli. xviii. Ante orationem prepara animam tuam. et noli esse quasi homo qui temptat deum. Quis autem orando temptat deum. Jo. criso. exponit dicens.

Qui orat dñm ⁊ peccat nõ orat
dñm ſꝫ deludit eum. O quã potẽs
orator fuit ſcs martinꝰ. qui
nullo oñe pcti dyaboli fuit ↄ
uictꝰ. ipe dyabolo ↄfident ait
ſtich in me funeste repies.
⁊c. De ſo. tho. xii. Boña
est orõ cum ieiunio ⁊ elia. ⁊c.
Bñ ait quod Cum ieiunio ⁊
elia. Non enim sufficit quod
orõ peccatis nõ grauetur quin
ẽ omnibꝫ bonis opibꝫ subleuetur
Et ꝙ bene legitur hest. xv.
quod hest oratura regẽ assue
rum induta regio hitu cum
duabꝫ famulabꝫ intuit ad
ipm. Hest interp. abscõdita
uel eleuata. ⁊ signat aĩam de
uotã que maxĩe tempore ora
tionis debet esse eleuata ã diuis.
⁊ abscondita cp̃cius. m. vi.
Ora patrem tuũ in abscõdito.
ps. Abscõdes eos in absco. f. t.
Duas aũt famulas debꝫ aĩa
orans hre. Vna est abstinentia
ysidor. Facilius p ieiuniũ orõ
penetrat celũ. Ista famula tã
familiaris fuit bto martino
ẽ adhuc miles. ut ꝑꝑ ipum
nõ tam miles ſꝫ monachus
putaretur. Altera uero famu
la orantis est elia. Jo. ecs. In
firma est orõ que largitate
elemosinarum nõ est munita.
Ista famula apud martinũ tã
potens fuit. ꝙ ipm tunica cla
midem cum paupe partiret coe
git. Quecũqꝫ ergo aĩa exem
plo beati martini regio uir
tutũ hitu ornata fuerit ⁊ du
as famulas secũ hũit ad regẽ
xpm secure intrẽ ⁊ ipm secu
re orare poterit. Vñ ſcs mar
tinus ait. Orõ que castitatis
⁊ iusticie ⁊ elemosinarum opibꝫ adiu
uatur. excedit mundum. pene
trat padisum. euolat ad ipm
summe maiestatis aspectum.
De tũ. luc. xviii. Oportet se
per ⁊ nõ deficere. Vñ etiã apli
spm ſcm acceperũt. qñ in orõ
ne pseuerauerunt. Act. i. Hy
omñs erant pseuerãtes unani
miter in orõe ⁊c. Sꝫ quomodo
possumus semp orare. Qñ ꝗ
debemus manducare. ł alia nccia
facere. Rñ. Quod si nõ ore tñ
desiderio. semp orat qui semp
bonũ qui semp deũ desiderat.
i. thes. v. Sine intermissiõe ora
te. glo. Si cõtinuũ est desideri
um cõtinuũ [illegible] orõ. Et au
git bona [illegible] uita semper
ad nõ desiderem ⁊ semp orarẽ
O quõ bs martinus semp ora
uit qui oculis ac manibꝫ semp

in celum videtur ab ore spiritum
huius non relaxabat. Ecce quod oratio eius
bene exornata, bene elevata, bene
continuata fuit. Ideo vere oratio-
ne potentissimus fuit coram deo. Sic
in magnis miraculis claruit et
specialiter in tribus mortuis quos
orationis beneficio suscitavit. ¶ Cir-
ca secundum notandum quod secundum pre-
dictas tres conditiones orationis bene
legimus quod orante Moyse o-
rante Salomone orante Helia
ignis descendit. Ignis autem signi-
ficat spiritum sanctum qui in igne datus est.
De quo Luc. xii. Ignem veni mit-
tere in terram etc. Quicumque in
oratione sua illo igne voluit visi-
tari debet ante orationem suam exo-
nerari. Hoc bene significatum est in
Moyse qui egyptiaco iugo ex-
oneratus fuit antequam ad ora-
tionem suam ignis descendit.
Item quicumque hoc igne voluit vi-
sitari oportet orationem suam bonis
operibus adiuvari. Hoc significatum
est in Salomone qui postquam templum
edificaverat et vasis ditaverat des-
cendit ignis ad orationem suam. ii.
Par. vii. Cumque com-
plesset Salomon fundens preces ig-
nis descendit de celo etc. Item
quicumque hoc igne voluit visita-
ri, in orationem suam perseveranter con-
tinuari. Hoc significatum est in He-
lia qui orare non cessavit do-
nec ignis [illegible] xviii. Descend-
it autem ignis a domino. De sancta Katherina

Omnis gloria eius
abintus. Beata Katherina
filia fuit regis terreni corporaliter
sed regis celestis spiritualiter. Huius
filie omnis gloria fuit abintus non
exterius. Nam exterior gloria hominis ca-
duca est et vilis. [illegible] Gloria
eius sicut flos campi et transivit. Hodie
extollitur cras non invenitur et
certe non solum caduca est sed
et periculosa est gloria temporalis quia
semper sequitur ipsam ignominia
eternalis. Osee. iiii. Gloriam eorum in
ignominiam commutabo. Propter hoc
beata Katherina [illegible] regis fi-
lia non quesivit exterius gloriam
fallacem sed intus gloriam veram.
Omnis enim gloria eius filie re-
gis abintus. Considerem ergo
[illegible] triplicem eius gloriam. Con-
tinentie virginalis, sapientie
spiritualis, patientie triumphalis.
Prima est abintus in concupiscibili.
Secunda abintus in rationabili.
Tertia abintus in irascibili.
¶ De prima Ysa. xxxv. Gloria
Libani data est ei. Libanus
interpretatur candidatio quod
congruit castitati et munditie vir-

in gloria in domino glorietur [illegible] commendat ille probatus
quem deus commendat [illegible] bene iudicat [illegible] qui bene cognoscit
[illegible] iudex [illegible] proprie cognoscat [illegible]
alium [illegible] cognoscere [illegible]
[illegible] eiusdem hominis [illegible]

ginale. Igitur candida vita est carnis de incorruptione virginitatis. Et quid candidius castitate? Tren. iiii. Candidiores nazarei eius nive. per continentiam mentis nitidiores lacte per continentiam carnis. Hic duplex libani candor, unde dicitur Cant. iiii. Veni de libano sponsa mea, veni de libano. Candor iste est angelicus, unde et angeli sepe candidi apparuerunt. Dan. vii. Vestimenta eius candida sicut nix. Non dicit sicut lac, sed sicut nix, quia non carnis sed tantum spiritus candorem habuit angelus. Unde audeo dicere quod quamvis ad hoc gloriosior est candor virginitatis in homine quam in angelo. In homine duplex, in angelo tantum est simplex. In homine per pugnam, in angelo per naturam. Ideo in carne angelicam vitam acquirere maioris est meriti quam habere. Mirum quod angeli virginibus familiares sunt, ex quo pariter niveo candore vestiti sunt. Unde de hac candida catherina tantum legitur quod pugnatura cum oratoribus ab angelo confortata est. Item in carcere ab angelo visitata est. Item a rotarum tormento per angelum liberata est. In monte Synai ab angelis collocata est.

¶ De v. pu. et. Gloriam sapientes possidebunt. Sed heu quidam sapientes contumeliam possidebunt. Iere. iiii. Sapientes sunt ut faciant mala et cetera. Horum sapientia non est spiritualis, sed sicut dicit Iac. iii. Terrena sensualis diabolica. Terrena est et ideo non intelligunt quam contempnenda transitoria. Animalis est et ideo non sapiunt quam appetenda sunt celestia. Dyabolica est et ideo non provident quam timenda sunt infernalia. Contra ista tria ait. li. Utinam saperent et intelligerent ac novissima providerent. Saperent que dei sunt, intelligeres que mundi sunt, provideres que inferni sunt, profecto infima horreres, suprema appeteres, que ad manum sunt contempneres. Qui sic sapiunt, intelligunt et provident, sapientes sunt. Sapientes scilicet utique non ut faciant sed ut fugiant mala. Prov. xiiii. Sapiens timet et declinat a malo et cetera. Tales sapientes gloriam possidebunt. O quanta est ergo gloria sapientissime Katerine, que L. oratoribus sapientior fuit. ¶ De eadem. Ecc. ii. Gloria magna est sequi dominum. i. Pet. ii. Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. Sicut dominum sequi per viam passionis ad magnam gloriam via est. que gloria tanta et immensa quod parum est quicquid pro ipsa pati possumus in mundo. Ro. viii. Non sunt condigne passiones huius temporis etc. Bernardus. Neque enim condigne sunt passiones huius temporis ad preteritam culpam que remittitur, nec ad presentem consolationem que immittitur, nec ad futuram gloriam que promittitur. Vere ergo magna gloria est sequi dominum. Et ideo bene ait apostolus Ro. v. Gloriamur in tribulationibus etc. Si ergo siquid terreat te gloria alliciat te. Sic sequeris per passionem ut de gloria habeas consolationem. Iac. i. Omne gaudium existimate etc. Hoc est quod bene legitur Levit. ii. quod oblatio simile de clibano vel de sartagine vel de craticula semper debuit oleo esse conspersa. Per similam puram mentem, per sartaginem vel craticulam designat passionem, per oleum unctionem sancti spiritus consolationem accipere potest. O quale similam quam puram mentem et quam virgineam carnem beata Catherina optulit domino que passionibus sacrificium frixa. sed per patientiam non fuit usta quia oleo spiritus sancti fuit uncta. Ps. Unxit te deus etc. Quantum beata Katherina oleo spiritus sancti habundaverit [illegible] singulariter hoc ostendit oleum manans de corpore [illegible]. Secundum hanc triplicem gloriam predictam notanda sunt privilegia quibus beata Katherina in morte honorata fuit. Primum est quod lac pro sanguine fluxit. Secundum quod in montem Synai ubi sapientia legis data est per angelos sepulta est. Tertium quod oleum de corpore eius fluxit. Primum ad gloriam continentie. Secundum ad gloriam sapientie. Tertium ad gloriam patientie referri potest. Item secundum hanc triplicem gloriam tam minorum quam priorum beate Katherine bene potest de ipsa dici illud Ys. xxxv. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli et Saron. Libanus interpretatur candidatus. Hoc pertinet ad gloriam continentie et incorruptionis. Carmelus interpretatur scientia circumcisionis. Hoc pertinet ad gloriam sapientie et eruditionis per quam multos convertit ab erroribus et circuivit in mundo, de quibus magnam gloriam habet in celo. Saron interpretatur cantus tristicie. Hoc pertinet ad gloriam patientie et passionis. Magna enim patientia, magna constantia fuit, pro tristicia passionis versa est ei in tantum gaudium gratiarum actionis.

Date nob de oleo uro. km beata katherina oleo spirituale in aia copiose et i cor oleo corpali miraculose habudat. Ideo bn possum ei dicere Date nob de oleo uro. Secunz dicam. date cu nob por. iiij. spuales liquores. s. aqua. lac. oleum et uinu. Da g sca katherina aqm sapie et ueritatis. lac mudicie et castitatis. oleum gre et caritatis. vinu glie et iocuditatis Da iqm optinenda ista nob tuis pcibz et meritis gloriosis. De. p. Gn. xxiiii. Da m paululu aq ad bibendu ex ydria tua uirgo elca Rebecca cu hec dicat figurare pot beata uirgine maria figaro et pot beatam katherina. Rebecca enim interp multu accepit. et eciam bta katherina multu accep gre i mundo et glie in celo. sz eciam beata maria oibz accipientibz plus accep. pu. xxxi. Multe filie cgregauer diuitias. tu. et c. quia in ydria est sapia i corde. h aq haurit de fote semne sapie que e xps. De hi fonte dr. Sitiuit aia mea ad dm fontem uiuu. haurite et de duobz duorz testamentorz. ys. xii. Haurietis aqs ingaudio de fontibz sal. Hec aq non solum mudat sz reficit aias nostras. ecc. xv. Aq sapie salutaris potauit illum. H aqua extinguit igne uiciorz. Sz quidam uehementer incensi sut ex aqua doctrine extingui no possut. sap. xix. Aq extiguentis nature obliuiscebat. ei. aut quida aq sapie salutaris ita infusi sut q igne dyabolice temptationis de facili cburi no possint. ys. xliii. Cu ambulaueris p igne no cbureris etc. Huic e q quiqginta oratores qui p katerina aqua doctrine salutaris infusi sut. ut materiali i igne no ardebant

De. ij. Judic. v. Aqm petenti lac dedit. Jael dedit sysare. Sysara intpa tolles recedete et figt dyabolu qui tollit recedentem a deo. Quid uiuu si tollitur a dyabolo qui maledcs est du recedit a deo. Je. xvii. Maledcs ho qui cfidit in hoie et ponit carnem brachiu suu. et a dno recedit cor eius. Iste sysara petit a nobis aqua no uinu Et aq sapie salutaris. sz aq corruptam ccupiscie carnal.

In hac aque rane dyaboli · i · luxuriosi sunt que de paludibus et aquis egipti erupuerunt. Ex. viii. Legitur. rafael · ad beatam catherinam et quamlibet fidelem animam referri potest · interpretatur enim expectans dominum. Luc. xii. Vos similes hominibus expectantibus dominum. L.

Lac vero castitatis candorem significat unde in laude continentium dicitur. Tren. iiii. Candidiores nazarei eius nive · nitidiores lacte. Nive utique per munditiam mentis · lacte vero per munditiam carnis. Lac enim de carne exprimitur propter hoc nivea columba consolatur katherinam in carcere. et lac pro sanguine defluxit in eius decollatione quia ipsa enim lacteam munditiam in corpore habuit. et anima eius nivea columba christi fuit. Cant. v. Aperi michi soror mea amica mea columba mea immaculata mea. Augustinus. Aperi michi de sanguine meo soror mea. de accessu meo amica mea. de sermone meo columba mea.

¶ De tertio dicitur hic. Date nobis de oleo vestro. Hoc oleum est unctio spiritus sancti et specialiter unctio caritatis sine qua nec virginitas nec aliqua virtus sufficit ad salutem. S. Sub[illegible] hoc oleum et lampas non ardet. tolle caritatem et castitas non placet. Hoc oleum quanto plus communicatur tanto plus multiplicatur. quod bene significatum in muliere cuius modicum olei quod habuit tanto plus crevit quanto per plura vasa divisit. Sic legitur iiii. Reg. iiii. Mulier ista universalem totam ecclesiam spiritualiter aut beatam catherinam vel etiam quamlibet fidelem animam significat. Vasa vacua sunt proximi. Vide ergo quod oleum caritatis quanto plus per et per beneficia communicatur tanto plus et in benefactoribus et in recipientibus multiplicatur. Caritas enim tua dum proximo benefacit in ipso quem caritate accendit. Ro. xii. Si esurierit inimicus tuus ciba illum si sitit potum da illi hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. glossa. Caritatis fervore. ut ipse salvetur. O quam prudens fuit virgo ista beata catherina que quantum gratie et caritatis habundaverit in vase cordis dominus cotidie ostendit. in oleo manante de membris suis.

¶ De quarto dicit sponsa sponso. Cant. viii. Dabo tibi poculum ex vino condito. Vinum significat

auiditate eterne glorie. io bu
de vino dicitur .y. Esdre .iij. vi
num mentem conuertit in securi
tatem et iocunditatem. Hoc vinum
conditum est speciebus virtutum
et meritorum et quibus quanto plus
habundauit in mundo, anima
tanto vinum delectabilius eo
dem bibet in celo. Hoc vinum
beata catherina et quelibet bea
ta anima dat sponso suo Christo
dum in spiritu beatitudinem suam
laudando et gratias agendo refun
dit. Dat quoque hoc vinum cui
libet angelo et ciuibus sed dum
quibus mirabiliter gaudet de
alterius gaudio. Tanta vis
caritatis omnis sibi sociat ut
bonum quod quilibet in se non
accepit in alio quasi se accepisse
gaudeat. O quale conuiuium
ubi tale bibitur vinum et ubi
tales domicelle propinant. In
quo ipse sponsus .ys. xxv.
faciet dominus omnibus populis in mon
te hoc conuiuium pinguium, conui
uium vindemie et cetera. In monte
vero celesti o quanta gloria an
geli hodie animam beate kathe
rine in monte conuiuij dedux
erunt. Ex quo in e tanta gloria
corpus cuius in monte Sy
nay collocauerunt.

Que est ista que progreditur quasi aurora
consurgens pulchra ut luna electa
ut sol. Cantica vi. De verbis nobis
et mansuetis consueuerunt dicere sancti quod
[illegible] consueuerunt homines communiter
sic [illegible] dividere quod virgo
comparatur aurore consurgenti propter primam
initium. Lune pulchre propter secundum
mentis in filij dei conceptione. Soli
propter tertium claritatem in assumptione.
Dicitur primum quod nos quod aurora est post lucis
receptiua, noctis fugatiua, florum
apertiua et cantus auium prouocatiua.
Aurora est post lucis receptiua
sic maria primum extitit que tenebris
peccati caruit et lucem gratie sibi ex
proximam celeste recepit vel aliter
omnes alie creature lucem virtutis
sue receperunt in aliquo certe
sed quasi ymaginem creatam dei gratie
sola maria deum pure in utero
portauit. Ut aurora noc
tis fugatiua sic maria noc
tem culpe fugauit solem iusticie
producendo. Ut aurora vir
tutis caloris [illegible] et florum
apertiua quod flores
[illegible] laudum
[illegible]
[illegible]